
BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
13
19 A
18



DEFENSOR
REDIVIVVS.



DEFENSOR REDIVIVVS

Seu

De Sacræ Consistorialis Aulæ

ADVOCATORVM

Origine, ac Munere

Ex Notis

IOSEPHI HORTENSII

Et

IACOBI GREGORII

FRATRVM DE RVBEIS

Eiusdem Aulæ Aduocatorum

Nunc primùm in lucem prodit.



ROMÆ, Typis Ignatij de Lazaris. 1657.

SVPERIORVM PERMISSV.

CELEBERRIMO

SAC. CONS. AVLAE

ADVOCATORVM

COLLEGIO

Iacobus Gregorius De Rubeis F.





EDIVIVVS hic Defenſor iàm ferè obliuione ſepultus, & inter domeſticas Ioſephi

 Hor-

Hortensij Fratris mei lucubrationes nō membris minùs, quàm vestimentis immaturo ipsius obitu destitutus, ad instar simulacrorum, quæ inter Vrbis ruinas haud raró effodiuntur, repertus, meo licet tenui stylo integritati, suisquè ornamentis restitutus Vobis sistitur,

mei

mei erga Vos, Amplisſimumquè hunc Ordinem obſequij certiſſimum argumentum. Voluiſſem quidem eruditiori Minerua partes mutilatas reficere: ſed cùm id meæ non paterentur vires, & moræ neſcius erumperet immenſus ardor ille, qui me inter Vos hu-

ma-

manissimè receptum Vobis perpetuò adstrinxit, satius existimaui, qualemcumquè hunc Vobis Defensorem reddere, quàm vota mea, Germaniquè memoriam diutiùs laborare; cùm præsertim qui tàm præclarè vniuersos defendit, indefensus, dum vester est, manere non possit.

IVssu Reuerendissimi P. Raymundi Capisucchi Sac. Pal. Apost. Magistri legi non sine animi iucunditate quæ de Origine, ac Munere Sac. Consist. Aulæ Aduocatorum continet eruditissimus hic libellus, quem, cùm nihil in eo offenderim, quod Christianis moribus, aut Catholicæ Fidei aduersetur, publica luce dignissimum censeo, & ad commune litterariæ Reip. bonum, & ad perenne in Consistorialem Aduocationem venerationis incrementum.

Sic testor Ego Ioseph Carpanus I. V. D. & in Vrbis Gymnasio Primarius Ordinarij Ciuilis Professor Romæ 7. Kal. Decembr. M.DC.LVI.



Imprimatur

Si videbitur Reuerendiss. P. Mag. Sac. Palat. Apostolic.

M. A. Oddus Episc. Ierap. Vicesg.



Imprimatur.

Fr. Raymundus Capisuccus Ord. Praed. Sac. Pal. Apostol. Magister.



INDEX CAPITVM



to , quàm publico Aduocatorum Consistorialium pag. 63

CAP. III.

De Muneribus in Cōsistorijs Pontificijs pag. 83

CAP. IV.

De Admissione, ac Ordine sedendi in Cōci-

CAP.

CAP. VII.

De Aduocationibus Pauperum, & Fiſci

pag. 204



DE



DE ORIGINE COLLEGII ADVOCATOR. CONSISTORIALIVM

CAPVT PRIMVM



1 A *Duocatorum Consistorialium origo à D.Gregorio Magno.*

2 *Quid decreuerit D. Gregorius pro Defensoribus Regionarijs.*

3 *Defensores Ecclesiæ constituendi formula.*

4 Aduocati dicuntur militare in Rep.
5 Iidem ſunt, ac Defenſores.
6 Defenſoris officium.
7 Primicerius Defenſorum magnæ exiſtimationis.
8 Defenſores Sedis Apoſtolicæ funguntur munere Aduocationis.
9 Aduocati Conſiſtoriales ſubrogati Defenſoribus Regionarijs.
10 Aduocatorum Conſiſtorialium electio quomodo fiat.
11 Numerus participantium.
12 Munera eorundem participantium.
13 Selecti ex pluribus, & in ordinem redacti.
14 Eorum locus in Capellis, Proceſ

cessionibus, & Equitationibus, & consessio eorundem cum Clero.

15 Coronato Pontifici laudes dicunt.

16 Qualitates Defensoris Regionarij in Aduocatis Consistorialibus.

17 Quae requirantur in Aduocato Consistoriali per Constitutionem Martini V.

18 Decreta Collegij Aduocatorum Consistorialium super admissione noui Aduocati, & num. 19. ac num. 20.

21 Praesentes debent esse in Curia ad obsequia Summi Pontificis.

22 Sequi debent Summum Pontificem quocunque se transfe-

rat cum tota Curia.

23 *Decanatus Collegij optatur per præsentem in Curia.*

24 *Absens per biennium sine licentia Papæ, & per quinquennium cum licentia est priuatus ipso iure.*

25 *Defensorum Regionariorum officium est idem in Aduocatis Consistorialibus.*

26 *Aduocatus Fisci eligitur ex Collegio Aduocatorum Consistorialium.*

27 *Pauperum defensio incumbit Aduocatis Consistorialibus.*

28 *Aduocatus pauperum eligitur ex Collegio Aduocatorum Consistorialium.*

29 *Reliquiæ Ordinis Defensorum Regionariorum in Eccle-*

sia Romana conseruantur in Collegio Aduocatorum Consistorialium.

30 Aduocati nomen quo tempore ab Ecclesia Romana cœperit vsurpari.

31 Clemens IV. & Bonifacius VIII. antiquissimi Aduocati Consistoriales.

32 Oldradus, & Lapus Aduocati Consistoriales.

33 Defensores simplices patrimonij Ecclesiæ regimini addicti.

34 Defensores Regionarij septem ex omnibus selecti.

35 Collegium Aduocatorum Consistorialium in Ecclesia Romana instar Collegij centumquinquaginta Aduocatorum Præ-

fecti Prætorio institutum.

36 *Aduocatis Consistorialibus semper Consistorij patet ingressus.*

37 *Fisci Aduocati olim bini.*

38 *Aduocati Cæsarienses qui, ad intellectum tex. in l. fin. C. de pact.*





1 ADVOCATI * Consistoriales Iure merito suam originem adscribunt D. Gregorio Magno sub anno Reparatæ Salutis 598. Pon-

Pontificatus eiuſdem Nono, & Mauritij Cæſaris Tertio ; Ex * 2
pluribus enim Defenſoribus, qui tunc Romæ erant, ille ſeptem ſelegit, quos Regionarios nuncupauit à ſeptem Regionibus Vrbis, in earum ſingulas eos diſtribuens, quorum primum dixit Primicerium Defenſorum, vt legitur in eius Epiſtola ad Bonifacium Primum Defenſorem Data anno prædicto menſe Martio, indictione prima, inter impreſſas *lib.7.cap.17. Epiſtola 17.* tenoris infraſcripti.

Eccleſiaſticis vtilitatibus fideliter inſudantes congruæ remunerationis ſunt beneficio proſequendi, vt & Nos reſpondere eorum dignè obſequijs videamur, & Illi

ex indulta consolationis gratia vtiliores existant: Quia igitur Defensorum Officium in causis Ecclesiæ, & obsequijs noscitur laborare Pontificum, hac eos concessa prospeximus recompensationis prærogatiua gaudere, Constituentes, sicut in schola Notariorum, atque Subdiaconorum per indultam longè retrò Pontificum largitatem sunt Regionarij constituti; Ita quoque in Defensoribus septem, qui ostensa suæ experientiæ vtilitate placuerint, honore Regionario decorentur, quos quòlibet per absentiam Pontificis, & sedendi in Conuentu Clericorum habere licentiam, & honoris sui priuilegia in omnibus statuimus obtinere. Præterea si quis

ad

ad Prioris locum veniens, in alia fortaſſe Prouincia propter vtilitatem propriam degit, tunc neceſſe eſt Primatus loco per omnia curare, vt ille Prior Defenſorum omnium poſſit exiſtere, qui, & ante Prioratus locum in Eccleſiaſticis vtilitatibus, & obſequijs Pontificum non deſinit per ſedulam præſentiam permanere. Hæc itaque Conſtitutionis noſtræ decreta, quæ pro Defenſorum ſunt priuilegijs, & ordinatione diſpoſita, perpetua ſtabilitate, & ſine aliqua conſtituimus refragatione ſeruari, ſiuè quæ ſcripto decreuimus, ſeù quæ in eis in noſtra præſentia videntur eſſe diſpoſita: Nec à quoquam Pontificum, in totum, partimuè, ea qualibet occaſione

con-

conuelli decernimus, vel mutari; Nam nimis est asperum, & præcipuè bonis Sacerdotum moribus inimicum, nisi quempiam quacunque rationis excusatione, & quæ benè sunt ordinata rescindere, & exemplo suo docere, cæteros sua quandoque post se constituta dissoluere.

Huius quoque Epistolæ, ac Institutionis meminit Baronius *Annal. tom. 8. pag. 118. vers. hoc pariter anno*. Ioannes Diaconus *in vita eiusdem Gregorij lib. 2. cap. 1. n. 20.* Onuphrius Panuinus *in tract. Interpretationis Vocum obscurarum Ecclesiasticarum impresso post Platinam De Vitis Pontificum. V. Primicerius Defensorum pag. mihi 82.*

&

& Iacobus Gretzerus *in Commentariјs ad Codinum De officiјs, & officialibus Magnæ Ecclesiæ Constantinopolitanæ lib.* 1. *cap.* 5. *num.* 3.

Formula * verò constituendi Defensorem talis erat. 3

Ecclesiasticæ vtilitatis intuitu id in nostro sedit arbitrio, vt si nulli conditioni, vel corpori teneris obnoxius, nec fuisti Clericus alterius Ciuitatis, aut in nullo tibi Canonum obuiant statuta, Officium Ecclesiæ Defensorum accipias, vt quidquid pro pauperum commodis tibi à Nobis iniunctum fuerit incorruptè, & viuaciter exequaris: Vsurus hoc priuilegio, quod in te habita deliberatione contulimus, vt omnibus,

quæ

quæ tibi à Nobis fuerint iniun-ﬤa, complendis, operam tuam fidelis exhibeas, redditurus de actibus tuis ſub Dei noſtri iudicio rationem.

Quam formulam idem Gregorius recenſet *lib. 4. indictione 13. cap. 69. Epiſtola 25. ad Vincomalum Defenſorem, & lib. 9. indict. 4. cap. 33. ad Vitum Defenſorem*, & Baron. *dicto tom. 8. pag. 118. in verſ. Eccleſiaſticæ vtilitatis.*

Defenſor autem ſolemniter accepta Epiſtola ſuæ electionis dicebatur militare in ſchola Defenſorum teſte eodem Gregorio *lib. 9. Indictione 4. cap. 34. Epiſtola 34. ſcripta Romano Defenſori de Vito in talem conſtituto*, hoc

hoc est Defensoris onus obire intra ordinem, siue corpus Defensorum ad tradita *in l. final. vers. Milites autem. C. de locato*, quod * Verbum militare Ad- 4
uocatis propriè conuenire probat rescriptum Leonis, & Anthemij ita conceptum *in l. Aduocati* 14 *C. de Aduocat. diuers. Iudiciorum*, *Aduocati, qui dirimunt ambigua facta causarum, suæque defensionis viribus in rebus sæpè publicis, ac priuatis lapsa erigunt, fatigata reparant, non minus prouident humano generi, quàm si prælijs, atque vulneribus, Patriam, parentesque saluarent: Nec enim solum nostro Imperio militare credimus illos, qui gladijs, clypeis, & thoracibus*

lus nituntur, *sed etiam Aduocatos*; *Militant namque Causarum Patroni*, *qui gloriosæ vocis confisi munimine laborãtium spem*, *vitam*, *& posteros defendunt*; quod Cicero. *pro Murena.* Vrbanam Militiam appellauit, ibi. *Seruius hic nobis cum hanc Vrbanam Militiam respondendi*, *scribendi*, *cauendi*, *plenam sollicitudinis*, *ac stomachi sequutus est*, *Ius ciuile didicit*, *multum laborauit*, *præstò multis fuit*; Atque ideo Gregorius Defensorum militare dixit in schola, vt scilicet Vrbanam illius militiam intra ordinem Defensorum innueret quod re ipsa testatus fuit. *lib. 7. Indict. 2. cap. 83. epist. 83.* in qua Fantino Defensori Iudicialem

De-

Defensionem iniunxit in Causa Ianuariæ Abbatissæ, quæ molestabatur ab Anastasio.

Quòdque * Summi Pontifices 5
Defensorum nomine intellexerint de Aduocatis, satis esse videtur testimonium Pelagij Secundi immediati Prædecessoris Gregorij in rescripto ad Antoninam Patriciam, & Deciam postulantes Monachum fieri Defensorem, relato per Gratianum 16. *quæst.* 1. *can. de præsentium.* 20. in hæc verba. *De præsentium Portitore, quod Defensor factus non est, nulla vobis animi molestia sit, quia verè satis amarissimum habeo de isto proposito ad illud officium homines deduci, in quo nullo modo, quæ*

à Monachis Deo promissa sunt, valeant adimpleri; omnimoda enim est illius habitus, & istius officij diuersitas: Illùc quies, oratio, labor manuum; & hic causarum cognitio, conuentiones, actus, publica litigia, & quæcunque Ecclesiastica Instituta, vel supplicantium necessitas poscit; faciat autem Deus, vt tales sint hi, qui vel à Nobis in isto habitu nutriuntur, vel in Monasterijs crescunt, vt prouecta ætate, & vita probata, non ad litigiorum Officia, sed ad Sacerdotium
6 *valeant promoueri*. Quo * rescripto quasi penicillo delineatur, Officium Defensoris versari in Controuersijs Iudicialibus, quod proprium Aduocati munus existit;

ſtit; Atque ita Defenſoris nomen ibidem intelligunt gloſ. *V. Defenſor.* Turrectrem. *num.* 2. & Bellamer. *in §. Gelaſius, verſ. veriùs tamen eſt*, quod etiam obſeruarunt Onuphrius Panuinus *d. V. Primicerius Defenſorum, verſ. quod autem.* & Gretzerus *dict. cap.* 5. *n.* 3. *verſ. quorum officium.*

Cæterum in eandem ſententiam vrget Decretum Vrbani Secundi *in can. Saluator* 8. *poſt medium verſ. Defenſoris nomine* 1. *quæſt.* 3. qui expreſsè ait, Defenſoris nomine Aduocatum intelligi, ſcilicet eum qui præeſt cauſis tractandis ſecundum gloſ. ibi *V. Aduocatum*, quæ per illum text: ita quoque

intelligit Verbum Defensores *in can. in singulis 2. V. Defensores dist. 77. Vbi pariter* Archidiacon. *propè fin. vers. adde hic*, *&* Turrecrem. *n.* 2.

Per quæ iura idem in terminis nostris concludit Onuphrius Panuinus loquens de septem Defensoribus Regionarijs institutis à D. Gregorio sub præcitato *V. Primicerius Defensorum.* ibi. *Hos Aduocatos, siue Aduocatores dictos puto.* Subdens,
7 eorum Primum nuncupari Primicerium Defensorum magnæ existimationis in Ecclesia Romana, cum quo transit Gretzerus *dicto nu.* 3. *sub vers. Defensoris nomine.*

Idque etiam confirmatur ex

Ca-

Canone 16. Concilij Mileuitani sub Innocentio Primo *Concil. tom.* 1. *fol.* 807. *col.* 1. iuxta editionem Venetam, ibi. *Placuit etiam vt petatur à gloriosissimis Imperatoribus, vt iubeant Iudicibus dare peritos sibi Defensores Scholasticos, qui in actu sint, vel in officio defensionum Causarum Ecclesiasticarum more Sacerdotum Prouinciæ, vt ijdem ipsi, qui defensionem Ecclesiarum susceperint, habeant facultatem pro negotijs Ecclesiarum, quoties necessitas flagitauerit, vel ad obsistendum callidè decipientibus, vel ad necessaria suggerenda ingredi Iudicum secretaria;* quorum ingressus patet Aduocatis. *l. final. C. de offic. diuers. Iudicum.*

Legiturque repetitum in Concilio Carthaginensi. X. impresso sub Aphricano circa tempora Bonifacij Primi *dicto tom. 1. Concil. pag. 836. col. 2. canone 64.* quos Canones exposuit Gulielm. Durand. vulgo Speculator. *tit. de mod. gen. Concil. celebrand. rubr. 40. num. 3. in fine tract. tom. 13. part. 1. fol. 165. à tergo col. 4.*

8 Defensores * verò Sedis Apostolicæ fungi Aduocationis munere probat disceptatio Synodalis habita inter Romanæ Ecclesiæ Defensorem, & Regis Aduocatum in Causa Cadelti Parmensis sub Alexandro Secundo, quam ex Petro Damiano refert Baronius *Annal. tom. 11. Anno*

Do-

Domini 1062. *pag.* 303. *cum seq.* vbi recenſentur Arringhæ, ſiue viciſſitudinariæ reſponſiones, & replicationes, quæ olim in Iudicio fieri conſueuerant inter Aduocatos, quarum meminit Speculator *tit. de Aduocat.* §. *nunc de exordijs, & Arringhis.*

Quare* ſi nomen,& officium Defenſoris propriè conuenit Ad- 9
uocato, vtiq; adiectiuum Regionarij conueniet dumtaxat Conſiſtoriali, in quo ad amuſſim concurrunt omnia, quæ olim in Regionario exegit D. Gregorius.

Primò nempè modus electionis; nàm ſicut olim nemo poterat militare in ſchola Defenſorum Sedis Apoſtolicæ, qui



non fuisset ad huiusmodi officium specialiter electus, & ordinatus à Summo Pontifice iuxta formulam superius relatam ex Epistolis D. Gregorij, qui *lib.* 10. *indict.* 5. *cap.* 48. *Epistola* 48. *scripta Romano Defensori* mandat compesci ausum temerarium Tonsuratorum Siciliæ, qui nomen Defensorum, vsurpauerant sine Epistola Pontificia; ait enim, *Proindè experientiæ tuæ præsenti auctoritate præcipimus, vt hoc diligenter inquirat, & si quos sibi, præter eos, qui huius rei Epistolas habent, repererit, districta illud emen-*
10 *datione compescat*. Ita * neque vllus adscribitur Collegio Aduocatorum Consistorialium si-

ne

ne Diplomate Pontificio, & qui primo loco non doceat de sua electione ad Officium Aduocationis Consistorialis per mandatum Summi Pontificis in forma Motus proprii, vel per breue, vt habetur in Constitutione antiqua, quæ incipit *statuimus, & ordinamus, quod deficiente numero Aduocatorum, admittendus pro complemento numeri Aduocatorum per mãdatum Pontificis indicto Collegio &c.*

Secundò * Numerus septenarius; siquidem in Collegio Aduocatorum Consistorialium, septem Seniores tantùm sunt numerarij, quibus * solum licet in Consistoriis secretis, si opus sit, coram Summo Pontifice, &

11

12

Sacro Purpuratorum Senatu loqui, & Maiorum Antiſtitum pallia poſtulare, ac etiam in Collegijs promouere Graduandos ad Lauream Doctoratus: Alii verò quinque dicuntur ſupranumerarii; de quo extat ſpeciale Decretum inter Conſtitutiones collectas ſub Pontificatu Innocentii VIII. ita conceptum.

Statuimus, & ordinamus, quod de numero duodenariorum Aduocatorum ſeptem dumtaxat de antiquioribus ſcilicet receptione, non ætate, vel gradu cenſeantur, & ſint numerarij, & de eodem numero dumtaxat ſit, & eſſe debeat Promotor: Alij verò cenſeantur ſupranumerarij, & ad quos de iure non ſpectat promo-

motio Graduandi, donec fuerint de numero ſeptem &c.

Tertiò certus ordo,& ſelectio ab aliis cum ſpeciali pręrogatiua nominis; Nàm ſicut olim à D. Gregorio ex compluribus Defenſoribus,qui tunc erant in Vrbe, & vniuerſa Eccleſia ſeptem dumtaxat ſelecti fuerunt, & in certum numerum redacti cum titulo Regionariorum, vt diſcriminarentur ab aliis, qui erant ſimplices Defenſores, prout habetur in ſuperius relata *Epiſtola* 17. *cap.* 17. *lib.* 7. *Indictione* 1 apud Baron. *dicto tom.* 8. *Annal.pag.* 118. *verſ. hoc pariter anno* Onuphrium Panuinum *dicto V. Primicerius Defenſorum propè finem, verſ. quorum qui-*

quidam, & Gretzerum *ſub præ-*
13 *citato num.3. eod. verſ.* Ita * quo-
que ſubſequentibus temporibus
Romani Pontifices obſeruarunt,
eligendo certos Aduocatos, qui-
bus ſolis ad eius Conſiſtorium
aditus pateret, ne coram ſacro
Senatu cuilibet paſſim liceret
tale munus obire, quos propte-
rea à Conſiſtorio, Conſiſtoria-
les, ſiue Sacræ Conſiſtorialis
Aulæ Aduocatos ſpecialis no-
minis prærogatiua appellarunt,
vt ab aliis ſimplicibus differrent
teſte Veſtrio *in praxi lib. 2. cap.
18. de Aduocatis Conſiſtorialibus.*
Petro Gregorio Tholoſano *Syn-
tagmat. Iur. vniuerſ. tom. 2. lib.
49. cap. 6. num. 10.* Lælio Zec-
chio *de Republica Eccleſiaſtica*

cap.

cap. 17. de Aduocatis Consistorialibus, & Scacc. *de Iudicijs lib. 1. cap. 65. sub num. 1. vers. & ad corroborationem.*

Quartò locus in Capellis, Processionibus, & Equitationibus Pontificiis, cæterisque actibus publicis, & confessio cum Clero; etiam vbi Pontifex abest; hoc enim Defensoribus Regionariis indultum legitur à D. Gregorio *in Epistola præcitata*, & testatur Baronius *loco superius adducto*. Primòquidem ibi: *Eisdem patebat aditus, vt ad sacra simul cum Pontifice conuenirent*: secundò ibi. *Hi absente Pontifice sedebant cum Clero: præsente verò stabant*: tertiò ibi: *Porrò Regionariorum munerum* hu-

huiuſmodi tantum erat priuile-gium , vt aſſiſterent Pontifici in Eccleſia : Quo tendunt verba Papias dicentis *in gloſſis , Defen-ſores à Romanis Pontificibus con-ſtituti ſunt Epiſcoporum adiu-tores , quibus honores inter Cle-ricos , ſicut & Regionarijs con-cedimus* relata per Ioannem Meurſi *in Gloſſario Græcobar-baro Verbo* ΕΚΔΙΚΟΣ *pag.* 149.
14 *col.* 2. *verſ. Papias.* Quo * pri-uilegio ſemper potiti fuerunt Aduocati Conſiſtoriales , qui in Capellis Pontificiis , ſi Papa eſt præſens , & Capella celebratur in Palatio , ſedent è conſpectu illius ; ſi vero celebratur in Ba-ſilica Lateranenſi , D. Petri , vel alia , ſedent in vltimo gradu So-

lii

lii Pontificis, à latere dextro : In
Proceſſionibus verò, & Equita-
tionibus bini procedunt, & e-
quitant ante Cubicularios, vt
meminit Pontificale Romanum
fol. 45.48. *à tergo & 89.col.* 1. ac
Cæremoniale Romanæ Eccle-
ſiæ impreſſum ſub Leone X.
Quinimò * in Coronatione Pon- 15
tificis Pluuialibus induti in Con-
feſſione Diui Petri aſſiſtente D.
Cardinali Priore Diaconorum,
vnà cum Subdiaconis, & Au-
ditoribus Rotæ laudes dicunt
Principi Coronato, prout ha-
betur dicto Pontificali *fol.* 45.
47. *& 50. à tergo*; & quando
ſummus Pontifex non eſt præ-
ſens Capellis, vel ſede vacante,
ſedent vnà cum ſacro Cardina-

lium Collegio poſt Auditores Rotæ, de quo etiam videri poteſt Adnotatio *in libro Camerarij anno 1605. die 3. Martij fol. 43. & 14. Februarij fol. 163. à tergo*, quod priuilegium omnino adſcribendum eſt ſucceſſioni in locum Defenſorum Regionariorum; cum præter huiuſmodi traditionem, nulla prorſus alia tradi queat.

Quintò qualitates in Defenſore Regionario expreſſæ per D. Gregorium, tàm in forma electionis ſuperius relata. ibi. *ſi nulli conditioni, vel corpori teneris obnoxius*, quàm in præcitata Epiſtola. ibi. *Ita quoque in Defenſoribus ſeptem, qui oſtenſa ſua experientiæ vtilitate placuerint,*

rint, honore Regionario decorentur; Nam quod dicitur Regionarium nulli conditioni, vel corpori debere esse obnoxium, conforme videtur requisito per leges Cæsareas in Aduocato Præfecti Prætorio, asserentibus, Leone *in l nemini 11 C de Aduocatis diuers. Iudicior. Non aliter verò consortio Aduocatorum tuæ Sedis aliquis societur, nisi priùs in Examine Viri Clarissimi Rectoris Prouinciæ, ex qua oriundus est, præsentibus Cohortalibus gesta confiant, quibus apertè pateat cohortali vitæ, ac fortunæ eundem minimè subiacere*, & Zenone *in l. final. C. eod. sine vlla cohortalis, aut deterioris conditionis quæstione succedant*;

&

& inferius, *Non aliter nisi sub gestorum confectione minimè eos cohortali conditioni subiacere patefactum fuerit, admittantur.* Rursus, quod dicitur in eadem Epistola de experimento vtilitatis Admittendi, congruit alteri requisito de Iure Cæsareo *in dicta l. nemini, vers. Iurisperitos, etiam eorum Doctores iubemus iuratos sub gestorum testificatione deponere esse eum, qui posthac subrogari voluerit, peritia*
16 *Iuris substructum*. Quæ * quidem honesta conditio Admittendi, & doctrinæ experimentum, non solum de Iure communi requiruntur in Aduocato
17 Consistoriali, sed * indiuidualiter etiam per Constitutionem ter-

tertiam Martini V. §. 14. exigentem in primis, quòd recipiendus, sit Doctor Iuris famosus: secundò quòd post Doctoratum ab eo receptum ad minus legerit per triennium: tertiò quòd sit commendatus de vita, & morum honestate, alijsue virtutibus: quartò quòd mundæ sint manus eius, & bonum habeat testimonium: & §. 16. quòd publicè suæ doctrinæ experimentum faciat. Quæ constitutio licet ibi loquatur de Auditoribus Rotæ, idem tamen seruari mandauit quoad Aduocatos Consistoriales *in* §. 28. Nec non *etiam per Constitutiones antiquas ipsius Collegij Aduocatorum, quarum Altera 18

sic se habet. *Statuimus, & ordinamus, quòd decedente aliquo Aduocatorum de numero, ita quod numerus duodenarius non sit integer, prior, qui tempore erit, teneatur conuocare, & congregare facere Collegium Aduocatorum, & proponere quòd in admissione fienda de nouo Aduocato debeat diligens inquisitio fieri de aliquo celebri Doctore, in altero Iurium, vel vtroque, ætate matura, moribus graui, bonæ opinionis, & famæ; & conuersationis honestæ, qui sit de legitimo Matrimonio natus, & graduatus fuerit in altero Iurium, vel vtroque per*
3. *quinquennium, & gradum Doctoratus susceperit in aliquo Studio generali, & per quinquennium*

nium

nium continuum legerit in altero
Iurium, & qui alias qualifica-
tus sit iuxta Constitutiones Apo-
stolicas desuper editas, & talem
sic, vt præmittitur, qualificatum,
Decanus, & Prior, qui pro tem-
pore erit cum duobus, vel pluri-
bus deputandis per Collegium no-
minent secundum resolutionem
Collegij Pontifici, qui pro tempore
erit, & eidem supplicent, vt de
tali sic qualificato prouideat in
locum Aduocati prædefuncti; quæ
resolutio colligi debeat secretè per
A. vel R. ad propositionem Prio-
ris, & non alias &c. Altera * 19
verò sequens ita loquitur. Sta-
tuimus, & ordinamus quod de-
ficiente numero Aduocatorum Ad-
mittendus pro complemento nu-

meri statuti per mandatum Pontificis in dicto Collegio, & qualificatus prout in praecedenti Statuto, de qua qualificatione priùs legitimè constare debeat Decano, & Priori, qui pro tempore erunt, & duobus Aduocatis per Collegium deputandis per legitima documenta, & alias legitimas probationes, desuper receptas, & de huiusmodi dicti Decanus, & Prior, & duo Aduocati fidem faciant Aduocatis Collegialiter adunatis; Quibus peractis, & seruatis teneatur primò, & solemniter repetere vnum Canonem, vel Legem eidem per Priorem, & Decanum, & duos alios Aduocatos per Collegium deputandos assignandum, vel assignandam infra men-

mensem à die assignationis huiusmodi computandum &c. Et * per 20
Decretum eiusdem Collegij editum 9. Iunij 1582. per acta Curtij Saccocciæ Secretarij, *ut in eius Protocollo fol. 185.* tenoris infrascripti: *Clarissimi DD. Aduocati Consistoriales declararunt, & declarant, qualiter, inter cætera in admissione alicuius in Aduocatum Consistorialem fit inquisitio super nobilitate generis, ac legitimatione personæ Admittendi, & præmissis legitimè probatis, ad admissionem in Aduocatum iuxta formam Constitutionum Collegij prædicti proceditur; & præmissa omni meliori modo &c. super quibus &c. Actum Romæ &c.* Quo tendunt verba Pij Secundi

in Epistola Apologetica ad Martinum Mayer. ibi. *Et Aduocatorum nobilis ordo, qui patrocinantur Causis, viri electi ex multis, vtroque Iure Consulti, qui Cathedras diù in scholis publicis rexerunt, neque hi absque magno examine admittuntur, & necesse est eos publicè disputare priùs quàm in hunc ordinem aspirare audeant;* Ac etiam verba illa Vestrij *lib. 2. dicto cap.* 18. ibi. *Constituerunt Pontifices ordinem Decem virorum, qui egregij essent Iurisperiti, quique non nisi solemni eorum publico periculo intra hunc ordinem admitterentur;* quod ab eo mutuati sunt cæteri scribentes de Aduocatis Consistorialibus.

Sex-

Sextò Præsentia in Curia Romana ad obsequia Summorum Pontificum, quàm in sæpè allegata Epistola Defensoris Regionarij expetit D. Gregorius verbis illis, *qui, & ante Prioratus locum in Ecclesiasticis vtilitatibus, & obsequijs Pontificum non desinit per sedulam præsentiam permanere*; quæ * pro- 21
cul dubio præstari debet à Collegio Aduocatorum Consistorialium, vt in functionibus Consistorialibus, & alijs singuli præstò sint obsequijs Pontificum; Quare * Aduocati tenentur sequi 22
Romanum Pontificem discedentem ab Vrbe cum tota Curia, quod tempore nostro obseruatum fuit, dùm Clemens

VIII. Ferrariæ commoratus fuit; tres enim à Collegio, ſcilicet, DD. Bernardinus Scottus, Ioannes Baptiſta Spada, & Hieronymus de Rubeis eumdem cum tota Curia proſecuti ſunt; qua ratione Collegium Aduocatorum Conſiſtorialium die 15. Maij 1623. per acta Marii
23 Saraceni decreuit *ad * aſſecutionem Decanatus requiri actualem reſidentiam in Curia tempore, quo eius vacatio contingit, nec propterea poſſe optari, vel aſſequi per abſentes ob priuatam vtilitatem*; Imo Bertachinus *in ſuo Repertorio littera A.* dixit
24 quòd *Aduocatus * Conſiſtorialis abſens per biennium ſine licentia Papæ, vel per quinquennium cum* li-

licentia eſt priuatus ipſo Iure l. fi-nal. C. de Aduocat. diuerſ. Iudic.

Septimò Identitas muneris, & officij, quoniam ſicut D. Gregorius ait *in præallegata Epiſtola ad Bonifacium, officium Defenſorum in Cauſis Eccleſiæ, & obſequijs noſcitur laborare Pontificum*; hoc * enim præſtant Ad- 25
nocati Conſiſtoriales, qui in Cauſis Conſiſtorialibus laborant, cum proprium eorum munus ſit in Conſiſtorio coram Sacro Senatu interceſsiones, ſeù oppoſitiones electionum ad Eccleſias, aliaſuè etiam grauiores cauſas Summo Pontifici cognoſcendas proponere, & pro altera parte tueri, teſtibus Veſtrio, Gregorio Tholoſano, Lelio Zec-

chio,

chio, Scaccia, & aliis; Cui accedit quòd olim antiquior Aduocatus Consistorialium erat Aduocatus Fisci Ecclesiastici teste Fulgosio, qui ita tempore suò in Curia Romana obseruatum fuisse testatur *in.l. binos.* 10: *num.* 1. *C. de Aduocat. diuers.*
26 *Iudic.* Hodie * verò ex eorum numero eligitur arbitrio Summi Pontificis; Quemadmodum subdit Vestrius *in Prax. lib.* 2. *cap.* 8. *de Aduocato Fiscali in fine.* ibi. *Is vtique est eiusdem Consistorialis ordinis*, cuius etiam meminit Pius Secundus *dicta Apologetica* ibi. *& Aduocatus Fisci.*

Et quod attinet ad Defensionem Pauperum, cui potissimè in-

inseruiebant Defensores Regionarii secundum Baronium *loco precitato vers. inseruiebant ipsi &c.* & formam electionis superiùs relatam ibi: *Et quid quid pro pauperum commodis tibi à Nobis fuerit iniunctum incorruptè, & viuaciter exequaris*: Quod etiam de Protetdico, siue Defensore Ecclesiæ Constantinopolitanæ asserunt Balsamon. *in disceptatione De Carthophilace, & Protetdico*, Gretzerus *in Codinum dicto lib. 1. cap. 5. nu. 2. vers. ad quorum munus*, & Ioannes Meursi. *dicto Glossario V.* ΕΚΔΙΚΟΣ *pag. 149. col. 2. in princ.* Eadem * nanque pauperum Defensio incumbit Aduocatis Consistorialibus, è quorum 27

rum

28 rum * numero Sedes Apostolica eligit Aduocatum Pauperum; id testantibus Pio Secundo *in Apologetica* hisce Verbis: *Quorum qui Senior est, Pauperum Aduocatus appellatur*; & Pio V. sanct. mem. *in Motu proprio* exhibito Collegialiter die 14. Martii 1565., & registrato *in Protocollo* Curtii Saccocciæ tunc Secretarii eiusdem Collegii *fol.* 50. quem typis edidit celeberrimus vir, non minus doctrina, quàm pietate Reuerendiss. D. Scannarolus Sidoniarum Episcopus *in Appendice ad eius perutilem tract. De Visitatione Carceratorum pag.* 6. *&* 7. ibi, *Cum munus istud* (loquendo de Aduocatione pauperum) *ad Collegium*

gium Aduocatorum Aulæ nostræ Consistorialis ex antiqua consuetudine delatum fuerit. Quibus verbis manifestè euincitur defensionem pauperum in Defensoribus Regionarijs requisitam à D. Gregorio iure successionis perseuerasse in Aduocatis Consistorialibus.

Cùm itaque ex præmissis liqueat, Ordinem Defensorum Regionariorum institutum à D. Gregorio, tàm vi nominis, quàm re ipsa adamussim in omnibus conuenire Collegio Aduocatorum Consistorialium, Concludendum * profectò est, 29
reliquias dicti Ordinis in Ecclesia Romana conseruari in dicto Collegio, sola Defensoris voce

in Aduocatum temporis ſucceſſu immutatà ; nam ſi vſque in præſentem diem videmus alios Ordines Regionariorum conſeruari in Collegiis Prothonotariorum , & Subdiaconorum Apoſtolicorum , quorum loco nuperrimè ſuffecti ſunt Auditores Rotæ , cur ſolum ordinem Defenſorum defeciſſe dicendum eſt , cuius inſtitutum in ſingulis explent Aduocati Conſiſtoriales ? Nomen ergo tractu temporis mutatum fuiſſe conceditur , ſed Ordinis , ac Inſtituti identitas perſeuerare dicitur , cum pauperum, & Eccleſiarum defenſione ; animaduertendo præſertim , Aduocatum Eccleſiæ dictum fuiſſe Defen-

ſenſorem vſque ad tempora A-
lexandri Secundi anno Domini
1062. cum inter Defenſorem
Eccleſiæ Romanæ, & Aduoca-
tum Regium facta fuit diſce-
ptatio relata per Baron. *Annal.
tom.* 11. *pag.* 303. *&* *ſeq.* no-
men *verò Aduocati ab Eccleſia 30
Romana vſurpatum fuiſſe Inno-
centii Secundi temporibus an-
no Domini 1141. qui Aduo-
catis Romanæ Vrbis cenſum
annuum Centum librarum mo-
netæ Papalis conſtituit de Ca-
mera ſua, cuius rei *ex antiquo
Codice Vaticano* meminit Ba-
ron. *Annal. tom.* 12. *fol.* 303.
verſ. de eodem. Mox tempore
Alexandri Tertii creati anno
Domini 1159. ex actis eiuſdem

re-

relatis è *Codice Vaticano* per Baron. *dicto tom.* 12. *&* *anno* 1159. *fol.* 431. in illis verbis, *Vbi ipsa Dominica die conuocatis Fratribus in vnum iunctis, videlicet, Gregorio Sabinensi &c. Episcopis, Cardinalibus quoque Præsbiteris, & Diaconibus, simulque Abbatibus, Prioribus, Iudicibus, Aduocatis, Scriniarijs, & Primicerio cum Schola Cantorum, nobilibus quoque, & plurima parte Populi Romani D. Alexander per manus Hostiensis Episcopi &c. præeunte Spiritus Sancti gratia consecratus est &c.* & litteris eiusdem Alexandri ad Gerardum Episcopum, & Canonicos Bononienses relatis per Rhodericum *in Vita Federici Primi Im-*

peratoris lib.2. cap. 51. & Baron. *dicto tom. 12. & anno 1159. fol.431. & seqq.* ibi. *Iudicibus, Aduocatis, Scriniarijs &c.* similibusque litteris eiusdem Alexandri Tertii relatis per Hieronymum Rubeum *in Historia Rauennat. lib. 5. anno Domini 1159. fol.341. & seqq.* ibi. *Iudicibus, Aduocatis, Scriniarijs &c.* quod sanè in locis præfatis de Consistorialibus tantùm intelligi debet, qui vna cùm Scriniariis, idest Secretariis, intersunt actis publicis Coronationis Summi Pontificis. Quorum pariter mentio fit à Baronio *ex actis Vaticanis dicto tom.12. Anno Domini 1165. & VI. dicti Alexandri Tertij fol. 522.* ibi

Iudices cùm Aduocatis &c. & ferè post duo sæcula *in Constitutione secunda* Benedicti XII.
31 Expressa * quoque mentio Aduocati Consistorialis fit in vita Bonifacii VIII. ad Pontificatum euecti Nono Kalen. Ianuarii 1294., quem sub nomine Benedicti Caietani in Curia Romana fuisse Aduocatum Consistorialem testatur Alphonsus Ciacconus *in eius vita tom. 2. fol. 642.* Et ante Bonifacium VIII. Clementem quoque IV. Summum Pontificem, creatum Perusiis per compromissum Non. Febr. 1265. in numerum Aduocatorum Consistorialium fuisse cooptatum sub nomine Guidonis Fulcodii Galli patria
Nar-

Narbonensis testatur Cæsar Carena *in annotat. ad quæstiones quindecim eiusdem Fulcodij pro Inquisitoribus post eiusq; tract. de offic. Sanctissimæ Inquisitionis in addit. ad princ. Cons. num. 2.* ibi. *Mortua vxore Romam venit, vbi primum Aduocatus Consistorialis efficitur, mox Podiensis, deinde Narbonensis Episcopus, postea Cardinalatus, & Sabinensis Episcopatus honore ab Vrbano IV. Summo Pontifice decoratur, in cuius etiam loco maximo consensu omnium S. R. E. Cardinalium sufficitur, & Clemens IV. nuncupatur*. Fit etiam mentio de Aduocatis Consistorialibus à Bonifacio Vitalino *in Clementina Abusionibus num. 2. de Pœnitentijs*

tijs, & remiss. ibi. *Nota quod Aduocatus Consistorialis non debet plus effectualiter exponere verbo in Consistorio publico Papæ, quàm contineatur in supplicatione scripta, quam de mandato Papæ exhibet Cancellario, aut alteri Cardinali, quem deputet in hoc Commissarium*; Qui Vitalinus fuit Aduocatus Fisci tempore Clementis Sexti creati Auenioni Nonis Maii 1334. vt ipse testatur *in Clementina Dudum num. 9. De Iudicijs*. Nec non in prouisione Officii Potestatis in Ciuitate Vrbeuetana à Gregorio XII. facta, in personam Magistri Francisci de Vbaldis I. V. D. Perusini, & Consistorii Aduocati ad sex menses præsti-

ſtito ſolito Iuramento fidelitatis in manibus Camerarij ſub Datum apud Sanctum Petrum XI. Kalendas Ianuarij anno primo qui fuit Domini 1406. *in libro eiuſdem Gregorij XII. de diuerſis formis anno primo, qui cum alijs extat in Archiuio Vaticano*; Iterumque declarando per receptionem ad officium Aduocationis Conſiſtorij ſui, non vacaſſe, nec vacare officia Scriptoriæ litterarum Apoſtolicarum, Pœnitentiariæ, & Abbreuiatoriæ earumdem litterarum Apoſtolicarum, quæ habebat Sanctes de Viuianis Canonicus Ferentinus, & legum Doctor receptus ad dictum officium Aduocationis Conſiſtorialis; imo cum

illo dispensauit, vt quoad viueret eadem officia, nec non Aduocationem posset exercere, etiam si essent incompatibilia, & illum ad coniugalia vota transire contingeret. Datum Caietæ IV. Nonas Augusti anno quarto Domini verò 1410. *lib. De diuersis formis eiusdem Pontificis Anno IV. fol.* 174.

32 Nec * silentio inuoluendum est, plures testari Oldradum fuisse Aduocatum Consistorialem, qui plurimum valuit apud Ioannem XXII creatum VII. Idus Augusti 1316; & floruit anno 1320; vt testatur Ioannes Fichardus *in Vitis Recentiorum Iurisconsultorum, hoc est in vita eiusdem Oldr. tract. tom.* 1. *fol.* 157.

157. *à tergo col.* 1. Catellianus Cotta *de Iuris peritis dicto tom.* 1; *fol.* 139. *col.* 1. *in princ.* Valentinus Forsterius *in Historia Iuris Ciuilis Romani lib.* 3. *in vita eiusdem Oldrad. dicto tom.* 1. *fol.* 55. *à tergo col.* 2. Ioannes Trithemius *de Claris scriptoribus in vita eiusdem Oldradi*. Aliosque etiam testari Aduocatum Consistorialem fuisse Lapum de Castiglionchio Patritium Florentinum contemporaneum Ioannis Andreæ, & Baldi, secundùm Quintilianum Mandosium, *in præfatione ad allegationes eiusdem*, qui dicit floruisse tempore Benedicti XII. creati *XIII.* Kal. Ianuarij 1334., nempe Roman. *Sing.* 40. *numer.* 1.

Mandos. *in dicta præfatione.* Decianum *in Apologia aduersus Alciatum impressa in fronte primi voluminis suorum Consiliorum cap. 15. num. 15. & 16.* Catell. Cotta *De Iuris perit. dicto tom. 139. col. 2. in princ. &* M. Mantuam *De Viris Illustribus in vita eiusdem Lapi num. 137. dicto tom. 1. fol. 165. à tergo col. 2.*

Neque vllum negotium facessit in Epistolis D. Gregorii legi plures Defensores destinatos fuisse ad regenda, & administranda Patrimonia Ecclesiæ Romanæ in Sicilia, Corsica, &
33 alibi. Quia * in Ecclesia Romana erant plures Defensores simplices, quibus per Romanos Pontifices committebatur Re-

gimen, & adminiſtratio prædicta; ex * illis autem ipſe D. Gre- 34
gorius ſelegit ſeptem in certum Ordinem redactos cum ſpeciali nota Regionariorum, ita dictos à ſeptem Regionibus Vrbis, quorum reſidentia erat in Curia Romana penès Summum Pontificem, ſicut etiam adnotarunt Onuphrius Panuinus, & Gretzerus ſuperiùs adducti, quorum locum nunc obtinent Aduocati Conſiſtoriales; Nam etiam hodie in Curia ſunt plures Aduocati, nec tamen omnes dicuntur Conſiſtoriales, ſed hi tantùm qui certo eorum Collegio pro meruerunt adſcribi cum Diplomate Pontificio.

Hæc de origine Aduocato-

torum Conſiſtorialium ; quo-
35 rum * Collegium in Eccleſia Romana crederem inſtitutum fuiſſe inſtar Collegii centumquinquaginta Aduocatorum Præfecti Prætorio , de quibus mentio fit *in l. cum Aduocatio. 8. l. nemini 11. in princ: & verſ. illud inſuper. l. iubemus 19. C. de Aduocat. diuerſ. Iudicior.* Primò, quia in illis requirebatur eadem probatio honeſtæ conditionis, & vitæ, ac examen Iuris peritiæ, vt ſuperiùs dictum fuit *ex dicta l. nemini verſ. non aliter verò, & verſ. Iuriſperitos etiam*, ac *dicta l. iubemus verſ. ſine vlla cohortalis, & verſ. non aliter*. Secundò quia illis patebat aditus ad intimum Cæſaris Con-

Consistorium, vt testantur Valentinianus, Theodosius, & Arcadius Augusti *in l. final. C. de offic. diuers. Iudicum* ibi *Quibus, & Consistorium nostrum ingrediendi facultas prabetur* ; qui * 36
semper patuit, ac patet Aduocatis Consistorialibus. Tertiò, quia ex eorum ordine eligebantur Aduocati Fisci *dicta l. cum aduocatio vers. iubemus* ; qui * 37
tunc bini erant. *l. binos* 10. *& l. post duos.* 15. *C. de Aduocat. diuers. Indic.*, vnde Fulgos. *in precitata l. binos num.* 1. notat ex hoc descendere, quod seruatur in Curia Romana; Nam antiquior Aduocatus Consistorialis est Aduocatus Fisci Ecclesiastici; non enim sunt duo, nec

Ad-

Aduocati Consistoriales sunt 150. vt sunt Aduocati Præfecti Prætorio, inferendo, ex hoc cognosci, quod licet Apostolatus sit maius officium, quod sit inter Christianos, non tamen est tantum, quantum olim erat regimen triumphantis Romæ.

Deque his sensit Cagnol. *in l. final. num. 16. vers. deinde cum seq. C. de pact.* quatenus declarando verba illius textus *à Cæsariensi aduocatione*, dum inquit *Aduocatos Cæsarienses credebam aliàs fuisse Aduocatos Imperialis Consistorij, de quo habetis titulum De Comit. Consistor. lib. 12. quemadmodum sunt hodie Aduocati Consistoriales Romæ, qui scientia, aut fauore describ-*

ſcribuntur in libro, & Matricula Aduocatorum Conſiſtorialium, nunc credo fuiſſe Aduocatos Fiſci, qui Principis eſt; ſed quod pertinet ad germanum intellectum dictæ legis, quamuis Alciat. *ibidem num.* 1. videatur idem ſenſiſſe, dicendo, Accurſium, qui interpretatus fuit de Aduocatis Cæſaris, intellexiſſe de his, qui in controuerſia pacti enarrati in ipſa lege, ceu Fiſcali, patrocinabantur coram Procuratore Cæſaris; Verius * tamen cum Cuiacio *in princ. in lib.* 2. *Inſtit. Iuſtinian. tit. Quibus alienare liceat vel non. cap.* 8. *num.* 17. *& in expoſitione Nouellæ* 103. *De Proconſule Paleſtinæ ſub littera A.* verba prædicta ſunt intel- 38

tel-

telligenda de Aduocatis, qui erant Cæsareæ Metropoli Cappadociæ.

Superiorem quoque sententiam De origine Aduocatorum Consistoralium nouissimè probauit Reuerendissimus D. Scannatolus. *De Visitatione Carceratorum lib. 1. cap. 3. sect. 2. ex num. 3. vsque ad 11 vers. hæc sunt*, vbi idem latius prosequitur.



De

De Habitu tàm priuato, quàm publico Aduocatorum Consistorialium.

CAPVT SECVNDVM.



1 *Toga vestis forensis Aduocatorum.*
2 *Aduocati dicuntur togati.*
3 *Aduocatus coram Iudice vestes talares deferre debet.*
4 *Togæ ethymologia.*
5 *Togæ descriptio.*
6 *Togæ vestiendæ modus.*
7 *Toga Aduocatorum Consistorialium descriptio.*
8 *Talis quis præsumitur, qualem in-*

indicant vestes.

9 *Alexandri VII. decretum de habitu Aduocatorum Consistorialium.*

10 *Habitus Collegialis Aduocatorum Consistorialium descriptio.*

11 *Eorundem habitus in Coronatione Summi Pontificis.*





VOD vsus togæ olim esset in foro, non solùm notat Budæus *in Pandectas ad l. sed etsi ff. de Iure Fisci part. 2. pag.* 155.

155. *verſ. erat etiam*, ſed clarè probant verba *l. ſeptimæ C. de Aduocat.diuerſ.Iudiciorum*,dùm inquit. *Iiſdem Priuilegijs, & ijſdem Immunitatibus potiri togãm Illuſtriſſimæ per Illyricum Præfecturæ., quibus vtitur toga per Orientem Prætorianæ ſedis Excelſæ decernimus*, vbi Briſſonus, & Ioannes Caluinus *in Lexicon V. Togati il ſecondo in fine* aſſerunt Togam * accipi pro veſte Forenſi Aduocatorum. Barboſa verò *in Collect. ad dictam l. ſeptimam num. 3.* ait Togam ſumi pro Collegio Aduocatorum eius fori; debebant enim Aduocati tempore patrocinij eſſe togati, ſicut teſtatur Guido Pancirolus *in Theſauro var. le-* 1

ction, lib. 1. cap. 12. de Toga Ciuium Romanorum insigni; Quare* Aduocati nuncupantur simplici nomine Togati *in l. nemo 16. C. de Episcop. audient. l. fin. C. de Postulando et. can. nemo 7. de Pœnitentia dist.* 1. ibi. *Nemo accedat ad Togatorum Consortium. in l.* 3. ibi. *Ne quis ex corpore Togatorum. l Sancimus. 6.* ibi. *Nulla igitur Togatis inspectio. l. cum aduocatio. 8. in princ.* ibi. *centumquinquaginta numero Togatorum*, ac inferius ibi. *Cum Comitiua Consistoriana, omneque quod Togatis fori Celsitudinis tuæ. l. si quis. 9.* ibi *De Togatis fori Celsitudinis tuæ. l. nemini 11.* ibi. *Filios autem Togatorum Excellentiæ tuæ, qui nunc cau-*

sas

ſas agunt, vel futuris tempori-bus actitauerint, & l. poſt duos. 15. ibi *ſexaginta quatuor Toga-tos C. de Aduocat. diuerſ. Iudi-cior. l. laudabile.* 4. *in fine* ibi. *Vel adhuc Aduocationis pro tem-pore peragentibus officium Toga-tis. l. per hanc legem.* 7. ibi. *fori tui culminis Togatorum Colle-gium. & verſ.* ibi. *Nec nun-cupationem Togati. & l. final.* ibi *ſuper Togatis ampliſſimæ tuæ Se-dis, ac propè finem* ibi. *Nec ite-rum Viris diſertiſſimis Togatis eiuſdem Sedis aſſiſtere* C. *de Ad-uocat. Diuerſ. Iudicum l. prope-randum* 11. §. *illo procul dubio* ibi. *diſertiſſimis Togatis omnino præſtandis C. de Iudicijs l.* 3. ibi *vel Togatis fori cuiuſcunque*

Præfecturæ C. de sportulis. l. deuotum. 5. ibi. *Quisquis administrator Togatus. C. De Metat. & Epidemat. lib.* 12. Quod etiam ex Iuribus prædictis *in Lexicon* referunt Pratæius, & Caluinus *V. Togati*, & hinc apud Sidonium Apollinarem legitur, *Togatus ordo Aduocatorum*, *& glos. in l. vnica V. fibulis. C. Nulli licere in frænis, & equestribus sellis &c. lib.* 11. dixit quod *Clamis est Militum: Purpura Regum: Stola Sacerdotum: Toga Aduocatorum: Cuculla Monachorum;* quæ verba repetunt Bald. *in c. causam* 14. *num.* 2. *vers. Clamis de Probation.* Chassan. *in Catalog. gloriæ Mundi parte* 1. *consider.* 38. *col.* 8. *vers. nota tamen.*

Ca-

Castaldus *de Imperat. quæst. 78. num. 2, tract. tom. 16. fol. 63. à tergo.* Io. le Cirier *De Primogen. lib. 2. quæst. 3. num. 21. vers. etenim tract. tom. 10. parte 1. fol. 43. à tergo*, & Bobadilla *Politicor. tom. 1. lib. 1. cap. 3. n. 47. vers. En esto del vestir.*

Hinc Speculator. *tit. de Aduocat. §. sequitur videre*, loquens de Vestibus Aduocatorum *ante num. 1.* dixit * *Aduocatus coram Iudice accedens ad Aduocationis Officium exercendum vestes Talares habebit suo officio congruentes*; quod docent etiam D. Antoninus *In summa parte 3. tit. 6. cap. 2. in princ.* Io. Antonius de Nigris *In repetitione Extrauag. Vnicæ, De Vita, & honestate Cle-* 3

ricor. *num.* 471. Guliel. le Rouillé *De Iustitia, & Iniustitia lib.* 3. *cap.* 5. *num.* 1. *post medium vers. Aduocatus tract. tom.* 1. *fol.* 383. Iacob. Benius *In Priuileg. Iurisconsult. Priuil.* x1. Anton. Sola *in Nouas Constitutiones Sabaudiæ tit.* 1. *De Petitionibus glos.* 9. *num.* 4. *ac tit. De forma procedendi in Causis appellationum glos.* 4. *num.* 9. Io. de Deo *De Doctrina Aduocatorum cap.* 2. *num.* 2. *cum seqq.* Ianus Langlæus *Semestr. lib.* 1. *cap.* 5. *vers. illud autem*, & Petrus Paulus Guazzinus *ad Defensam Animarum lib.* 1. *de Aduocato Defens.* 1. *cap.* 1. *num.* 6.

4 **Toga verò *, cuius æthimologiam Pomponius** ***in fine l. Tu-***

gu-

gurium. 180. *ff. de Verb. signif.* sumit à tegendo, quòd scilicet ea tegamur, & Cornutus *in Satyram.* 5. *Persii* ait, ita dictam esse, quòd velamento suo corpus tegat, atque cooperiat; superinducitur imæ tunicæ, vt notant Budæus *in Pandectas ad l. vltimam ff. de Senatoribus part.* 1. *pag.* 198. *propè finem vers. Tunica*, & Tiraq. *in Annot. ad Alex. ab Alex. Dier. Gen. lib.* 5. *cap.* 18. *V. quæ quidem Tunica*; ipsiusque togæ superioris, forma, & figura describitur à Quintiliano *lib.* XI. *cap.* 3. hisce verbis. *Ipsam togam rotundam esse,* 5
& aptè cæsam velim, aliter enim multis modis fiet enormis. Pars eius prior medijs cruribus optimè

terminatur, *posterior eadem portione altiùs quàm cinctura: sinus decentissimus, si aliquando supra imam togam fuerit, nunquam certò sit inferior*, & clarius à Cornuto *dicta Satyra 5.* ibi. *est autem purum pallium forma rotunda, & fusiore, atque inundante sinu, & sub dextro veniens, super humerum sinistrum ponitur*; vbi etiam subdit, *mensura togæ iustæ senas vlnas habebat*; quæ ex vtroque repetunt Franc. Hotoman. *in Comment. Verb. Iur. V. toga dicta est à tegendo*. Pratæius, & Caluinus *in lexicon eodem verbo*, Itidemque Barbosa *in Collect. ad dictam l. septimam num. 2. C. De Aduocat. Diuers. Iudicior.* refert ex Gui-

do

do Pancirolo, quod * Toga ſu- 6
per alias veſtes induebatur, ſi-
niſtrumque humerum tegebat,
& ante pectus dimiſſa fibula in
dextro humero nectebatur.

Quæ ſpecies ſuperindumenti adamuſſim congruit togæ ſuperiori, quam Sacræ Conſiſtorialis Aulæ Aduocati ſemper, & vbique deferunt ſuper imam Tunicam Talarem, præterquàm in functionibus Conſiſtorialibus, & Collegialibus, cum * 7
ea ſit purum pallium forma rotunda, & fuſione aptè cæſa, ligaturæ loco ſolum immutato, quia fibula ſub gutture ſupra pectus colligatur, apertis hinc inde ſpatiis ad brachia exercenda gratia commodioris, ac liberio-

ris

ris vſus. Quare Petrus Paulus Guazzinus *dicto lib. 1. defenſ. 1. cap. 1. num. 6. verſ. vnde*, teſtatur, quod Iuriſconſulti Primarij, & Aduocati Conſiſtoriales Romæ vtuntur Mantellina nigri coloris longa vſque ad talaria.

Cumque oboriretur confuſio, ſi multis paſſim quid liceret, vt dicitur *in fine l. 3 greca C. De ijs qui ad Eccleſ. confug.* vt veſtis ſit cauſa honoris, maximè inter ignotos, iuxta illud *Hunc homines decorant, quem veſtimenta decorant* teſte Io. Ant. de Nigr. *In repet. d. Extrau. Vnic. num. 470. De Vit. & hon. Clericor.* ne amplius ex indiſtincta delatione habitus togati in Curia

Romana detur ansa errandi in distinguendis Aduocatis Consistorialibus à cœteris Professoribus Iuris, ac omnes præsertim alienigenæ aduentantes ad Vrbem sola illius delatione certò dignoscant qualitatem deferentium, cum * talis quis præ- 8
sumatur, qualem indicant vestes ab eo delatæ, sicut in proposito arguunt Gul. le Rouille *De Iust. & Iniust. lib. 3. cap. 5. num. 2. vers. nam talis tract. tom. 1. fol.* 383. Benedictus Capra *in repetitione Clementinæ si plures num. x1. De Prabend.* & Io. Anton. de Nigris *in repetitione dictæ Extrauagant. unica num.* 469, *De vita, & honest. Clericor.* Sanctissimus D.N. Alexan-

xander Papa Septimus summa
prudentia, qua vltra morum
candorem, ac vitæ integrita-
9 tem, maximè pollet, lege * per-
petuò valitura indulsit Collegio
Aduocatorum Consistorialium
delationem habitus prædicti
priuatiuè quoad omnes alios,
iussitque perpetuæ memoriæ
gratia eiusmodi indultum de-
scribi inter Acta Congregatio-
nis Sacrorum Rituum, cui pro-
pterea dictum Collegium se
plurimum debere profitetur, vt
vestium quoque speciali distin-
ctione impòsterum distinguan-
tur à reliquis, sicut hactenus,
re, & nomine distincti fuerunt;
non enim hoc est pompositare,
sed summa ratione tueri digni-
ta.

tatem, quam obtinet à Sede Apostolica, vt illa singulis intuentibus appareat etiam per talem incessum togatum, prout in his ferè terminis arguit glos. *in c. vt apostolicæ 6. V. dignitatem ante finem vers. & nota De Priuileg. in 6.*

Habent * quoque Aduocati Consistoriales habitum proprium, nempè paludamentum violaceum cum ornamentis, & consutionibus purpureis, quo vtuntur in Consistorijs tàm publicis, quàm secretis, in Conciliis Generalibus, Capellis, Processionibus & Equitationibus Pontificijs, tàm præsente, quàm absente Romano Pontifice, in disputationibus Audito- 9

rum

rum Rotæ, ac propriis, cœterisque omnibus actibus, in quibus collegialiter interuenire solent, idest vestem laneam violaceam caudatam, ac vndique consutam, apertamque dumtaxat à capite, vt inde possit indui, & ab vtraque parte sub humeris, gratia exerendi brachia cum fasciis oloséricis purpureis, tàm intùs, quàm in marginibus triplicis aperturæ, quarum superior paruula fibula colligatur, & Caputium eiusdem materiæ violaceæ cum interiori tegumento oloserico purpureo, cui hyberno tempore superimponuntur pelles candidæ variorum; nam in Consistoriis, Capellis, cœterisque fun-

functionibus Pontificiis huiusmodi Caputium inuersum in ea parte, qua adsunt pelles, ac tegumentum olosericum, circumuoluitur collo, adeo vt etiam pectus, ac tergum cooperiat, quod pariter asseritur in Cœremoniali Romano *lib.* 3. *sect.* 3. *cap.* 3. *De Auditore, & Correctore* ibi. *Aduocati vestibus &c. fol.* 135. *& lib.* 1. *sect.* 4. *cap.* 4. *Processio Pontificis, & Cæsaris per Vrbem fol.* 27. *& sect.* 12. *cap.* 1. *Ordo quomodo Papa equitat in Pontificalibus vers. Aduocati fol.* 50. *à tergo*; In aliis verò functionibus, siue publicis, siue priuatis, quibus Collegialiter intersunt, dictum Caputium non apertum, sed clau-

clausum imponitur vtrique humero, & fibula nectitur super pectus, ita tamen, vt breuior pars illius sit à dexteris, longior, à sinistris, cuius habitus etiam meminit Cohellius *de Notitia Cardinalatus*, *cap. 65. pag. 273. sub vers. quibus adde*.

Notandum tamen erit Primò, quòd si Aduocati associentur Papam non equitantem in Pontificalibus, deferunt eundem habitum cum caputiis non apertis super humerum sinistrum, vt legitur in eodem Cœremoniali *dicto lib. 1. sect. 12. cap. 2. ordo cum Papa equitat ad aliquam Ecclesiam religionis gratia, siue ad alium locum, & non in Pontificalibus fol. 51.* Verùm hoc

hoc nunquam hac ætate vsurpatum fuisse vidi.

Secundò. Quòd * in Coronatione Summi Pontificis super 11
dictas vestes violaceas habent pluuiale cum apertura super humerum dexterum, & almutiam super sinistrum, quo etiam induti laudes faciunt eidem Pontifici in Confessione, propè corpora Apostolorum vnà cum Priore Cardinalium Diaconorum, Subdiaconis, & Auditoribus Rotæ, sicut habetur dicto Cœremoniali *lib. 1. sect. 2. fol. 13. à tergo vers. Secretarij, & Aduocati iuncto folio 16. à tergo vers. dictis orationibus*, & in Pontificali Romano *tit. De consecratione, & Corona-*

tione fol. 45. *col.* 2. *eodem verſ.*, idque etiam hodie inconcuſsè ſeruatur.

Tertiò. Quòd in Proceſſione ad Eccleſiam Lateranenſem dictum Cœremoniale *in præcitata ſect.* 2. *fol.* 16. *à tergo* & Pontificale *titulo De Proceſſione ad Lateranum fol.* 48. *à tergo col.* 2. *poſt medium verſ.* & *poſt eos*, teſtantur Aduocatos equitare cùm almutiis, verùm hoc minimè obſeruatum vidimus, cum Aduocati ſemper equitauerint deferentes ſolum Caputium inuerſum circa collum ſine almutijs.

De Muneribus In Consistorijs Pontificijs.

CAPVT TERTIVM.



1 *Consistorij ethymologia.*
2 *Consistorij multiplex definitio.*
3 *Consistorium Pontificium quotuplex.*
4 *Aduocati Consistoriales peculiare munus exercent in Consistorio tàm secreto, quàm publico.*
5 *Electiones, & prouisiones Ecclesiarum expediuntur in Consistorio secreto.*

6 *Aduocati Consistoriales patrocinabantur causas electionum.*

7 *Propositio causarum, & Commissionum realiũ per Aduocatos Consistoriales quando cessauit.*

8 *Pallij traditio fit in Consistorio secreto.*

9 *Pallij traditio immediatè pendet ab Ecclesia Romana.*

10 *Pallij petitio fit per Aduocatos Consistoriales.*

11 *Pallij petitionis formula.*

12 *Pallij petendi formula ex Sacris Canonibus desumpta.*

13 *Pallium non conceditur nisi petenti.*

14 *Pallij petitio fit ab vno ex septem Aduocatis Senioribus per turnum.*

Pal-

15 *Palliandus præsens in Curia non potest petère pallium per procuratorem.*

16 *Instans pro pallio debet ostendere mandatum procuræ palliandi commorantis in partibus Orbis olim cogniti: secus manentis in partibus Orbis noui.*

17 *Patriarchis titularibus pallium concedi solet: Archiepiscopis verò titularibus, vt plurimùm denegatur.*

18 *Pallium pro Archiepiscopis commorantibus in partibus Infidelium gratis petitur: sicut etiam pro missis à Sac. Congr. de Propaganda fide.*

19 *Aduocatus Consistorialis non potest constitui procurator ad pe-*

petendum pallium.

20 Quo titulo nominentur Patriarchæ, & Archiepiſcopi in actu petitionis pallij.

21 Patriarchæ, & Archiepiſcopi retinentes Aduocationem per ſe ipſos pallium petere debent, niſi ex gratia Collegij aliter eis fuerit conceſſum.

22 Cardinales Anchiepiſcopi præſentes in Curia per ſe ipſos pallium poſtulant.

23 Renunciatio Cardinalatus fit in manibus Summi Pontificis in Conſiſtorio ſecreto per vnum ex ſeptem Senioribus Aduocatis Conſiſtorialibus, & num. 24.

25 Praxis proponendæ renunciationis Cardinalatus.

Ne-

26 *Nemo præter Aduocatos Consistoriales admittitur in Consistorio secreto ad loquendum coram Summo Pontifice.*

27 *Pro causis grauissimis pertractandis in Consistorio secreto admittuntur soli Aduocati Consistoriales.*

28 *Consistorium publicum pluribus ex causis fieri solet.*

29 *In Consistorio publico Aduocati Consistoriales orabant proponendo causas, & commissiones Iustitiæ. Et etiam causas criminales num. 31. & interdum etiam casus atroces fictitios num. 32.*

30 *Commissiones istas Summus Pontifex signabat per verbum, Placet.*

33 *In Consistorijs publicis hodie Aduocati Consistoriales proponunt causas Beatificationis, seù Canonizationis Seruorum Dei, instantes pro earum commissione, seù expeditione.*

34 *Ordo, quem seruant Aduocati Consistoriales proponentes in Consistorijs publicis.*

35 *Aduocatorum nemo immunis est à proponendo, etiam si Prælaturam retineat cum Aduocatione.*

36 *Excipitur Promotor fidei.*

37 *Praxis proponendæ causæ, seù Commissionis.*

38 *Praxis proponendæ causæ Beatificationis, seù Canonizationis.*

39 *Honorarium Aduocati pro-*

po-

ponentis in publico Consistorio.

40 *Aduocati Consistoriales dicuntur Referendarij Sacri Consistorij.*

41 *Collegium Aduocatorum Consistorialium subiacet Vicecancellario.*

42 *Consistorium publicum conuocatur pro Canonizatione Sanctorum; Pro qua orat Aduocatus Consistorialis n. 43.*

44 *Modus eligendi Aduocatum, qui instet pro Canonizatione.*

45 *Quid seruetur in Consistorio semipublico pro Canonizatione decernenda conuocato.*

46 *In causis Canonizationum seruatur hodiè ordo iudiciarius, citato in singulis actis Promotore fidei.*

Of-

47 *Officium Promotoris fidei est perpetuò addictum Collegio Aduocatorum Consistorialium.*





VM præcipua Aduocationis Consistorialis munia exhibeantur in Consistorio Pontificio, quod Baronius *Annal. tom.9. Anno 861. pag. mihi 215. sub littera B.* exemplificat in Collectione omnium Cardinalium, subdens idem olim fuisse

Ec-

Ecclesiam, aut Præsbyterium colligere, quod modò nos dicimus conuocare Consistorium, non abs rè videtur priùs indagare ethymologiam nominis, quiduè, & quotuplex sit Consistorium.

Nam glos. *in Clem. pastoralis §. notorium V. Consistorij de sentent.& re Iudic.* asserit * Con- 1
sistorium dici à consistendo, sicque deriuari à verbo, consisto, quasi Princeps ibi consistat sedendo super solium, quod probat Sacra pagina *Hester cap. 5.* ibi, *at ille sedebat super solium suum in Consistorio Palatij contra ostium domus.*

Definitur * autem Primò ex 2
mente Pauli relati per Cardinalem

lem Zabarellam *dicto* §. *notorium num.*2: quòd sit locus, vbi sedet Princeps, in audiendo; ac ità sensisse videtur Iustinianus *in* §. *ad hæc Auth. De Appellat.* repetito *in Auth. sed & lis C. de tempor. & reparat. appellat. & in can. anteriorum*, 28. §. *ad hæc* 2. *quæst*.6.

Secundò. Per Zenzelinum, cuius meminit Cardinalis *dicto num.*2.*vers.vel secundum*, quòd dicatur locus vbi redditur Ius, in quo sensu acceptum fuit à D. Ambrosio *in can. conueniol* 21. *vers. sed in Consistorio* 23. *quæst*.8.& ab Innocentio Tertio *in cap. ex insinuatione* 50. *de Appellat.*

Tertiò. Ab Accursio *in dicto*

§.*ad*

§.*ad hæc V.Consistorium Auth.de Appellat.* vtrumque simul complectendo, quòd sit locus, vbi Princeps ad audiendum causas, & iudicandum sedet, cui subscripserunt Lucas de Penna, *in l.1. num.1. C.de Comitibus Consistorianis lib. 12.* & Iacobus Cohellius *De Notitia Cardinalatus cap. 15. congreg. 1. seù de Consistorio.*

Quartò. Per Cuiacium *in Commentarijs ad lib. 12. Codic. Iustinianei tit. 10. de Comitibus Consistorianis l. 1.* describitur Consistorium intimum Principis esse præcipuè, in quo Legatos, & quoscunque se adeuntes Princeps admittit, & audit, & de causis cognoscit, inquirenti-

bus

bus Consistorianis; quod etiam repetit Pratæius, & Caluinus *in V. Consistorium*, hanc descriptionem sumendo ex Suida, & Ammiano Marcellino *Historiarum lib.* 15. ibi. *hisque cognitis statuit Imperator dispicientibus Consistorianis, & Militaribus vniuersis in negotium præter inquiri*; Et in hoc sensu accipitur à Valentiniano, Theodosio, & Arcadio loquentibus de Aduocatis Præfecti Prætorio *in l. final. C. de offic. diuers. Iudicum* ibi. *quibus etiam Consistorium nostrum ingrediendi facultas præbetur.*

3 Consistorium * verò Pontificium duplex esse dicitur à Cardinali. *dicto* §. *notorium num.* 2.

in fine verſ. fit autem; Cæremoniali Romano *lib. 1. ſect. 9. cap. 1. 2. & 3. fol. 45. à tergo & 46.* alijsque relatis per Cohellium, *loco præcitato verſ. conſtat enim cum ſeqq.* Alterum ſecretum; in quo ipſe Pontifex ſedet cum Cardinalibus; Alterum verò publicum, quod omnibus patet; licet enim aliquando fiat Conſiſtorium ſemipublicum, In quo vltrà Cardinales admittuntur Patriarchæ, Archiepiſcopi, & Epiſcopi, vt Summus Pontifex à ſingulis vota excipiat, dùm agitur de Canonizatione Sanctorum: eius tamen non meminit Cardinalis, tanquàm minus frequentis, quod ſolummodò fit ob cauſam prædi-

ctam,

ctam, rectèque poteſt dici ſecretum, cum non pateat omnibus.

De publico mentio fit *in Clementina* 1. *verſ. præfatis de Iure Iurand.* ibi. *præfatis, itaque Nuntijs in noſtra, & Fratrum noſtrorum præſentia conſtitutis, ac ſecundùm dicti tenorem mandati Auenione; vbi tunc eramus cum noſtra Curia reſidentes in Publico Conſiſtorio; In quo erat Prælatorum, & aliorum, tàm Clericorum, quam Laicorum non modica multitudo &c.* quod propterea Vitalinus *eadem Clementina* 1. §. *nos itaque num.* 18. ſemper, inquit, fieri in Palatio, vbi manet Papa.

Cum itaque Duplex ſit Conſi-

ſiſtorium Pontificium, ſecretum nempè, & publicum, ac * in vtroque proprium, & peculiare munus obire ſoleant Aduocati Conſiſtoriales, inde tales nuncupati, diſtinctè procedendo videndum priùs erit de his, quæ ex antiquo eorum inſtituto, vel de conſuetudine ab illis fieri debent in Conſiſtorio ſecreto, mox autem de his, quæ in publico. 4

Nàm * quod pertinet ad ſecretum, conſueuerunt Summi Pontifices de voto Sacri Cardinalium Senatus in illo expedire omnes electiones, & prouiſiones Eccleſiarum; quæ dicuntur Conſiſtoriales, veluti Patriarchalium, Primatialium, Me- 5

tropolitanarum, Cathedralium, Abbatiarum, & Monasteriorum Regularium. Verùm quia plerumquè apparebant oppositores, & contradictores, resquè in controuersiam deducebantur, Aduocatorum opera indigebant; Ideo nè passim vnicuiquè liceret, penès tàm celebrem consessum illas patrocinari, & in eis orare, selectus fuit ordo Aduocatorum Consistorialium, qui essent egregii Iurisperiti, & non nisi solemni eorum periculo publico in eundem ordinem
6 cooptati, vt * soli huiusmodi prouinciam aggressi, eorum proprium munus esset, in Consistorio coram Sacro Senatu, electionum, aliasuè grauiores

cau-

causas Consistoriales nuncupatas pro altera parte tueri, vnde & ipsi Consistorialium nomen nacti fuerunt, quemadmodum testantur Vestr. *in Praxi lib. 2. cap. 18. de Aduocatis Consistorialibus*, ibiquè Grauat. *ante num. 3. vers. iure igitur.* Petr. Gregor. Tholos. *Syntagmat. Iur. Vniuersi lib. 49. cap. 6. num. 10.* Azor *Instit. Moral. part. 2. lib. 5. cap. 42.* Lęlius Zecchius *de Republ. Ecclesiast. cap. 17. de Aduocat. Consistor.* Scaccia *de Iudic. lib. 1. cap. 65. num. 1. vers. & ad corroborationem.* Cherubinus *in compendio Bullarij ad Constitutionem 62. Sixti. V. Scholio primo.*

Decrescentibus tamen postea

huiusmodi negotijs, & eligendi facultate vsurpatione quadam in Principes translata, Aduocati Consistoriales in hac specie ferè ociosi sunt, teste Vestrio *dicto cap. 18. num. 2. vers. hodie tamen*, & Cherub. *dicto Scholio*
7 *1. vers. hodie*. Cæterum * nè præteritorum memoria pereat, duxi lectores admonendos, quòd Propositio Causarum, & Commissionum realium durauit vsque ad Annum 1550. Iubilei celebrati sub Iulio Tertio; In actis enim Consistorialibus asseruatis per Cardinalem Vice Cancellarium legitur *fol. 85. in Consistorio secreto habito die Lunæ 7. Nouembris 1547. Hieronymum de Castello Aduocatum*
Con-

Consistorialem proposuisse nomine Fisci causam contra Episcopum Mindensem, & fol. 161. in Consistorio publico dato per Paulum Tertium die Lunæ 27. . . . . 1540. Oratori Sigismundi Regis Poloniæ propositas fuisse per Aduocatos Consistoriales duas Causas, Alteram contra Pellegrum Episcopum Gralitpolitanum: Alteram contra Petrum Paulum Episcopum Polignanensem, qui partim in contemptu Sedis Apostolicæ, partim in damnum, & detrimentum suorum Diecæsanorum multa facinora perpetrauerant, & vtraquè fuit commissa Auditori Cameræ. Itemquè *fol. 185. die vltima Aprilis 1549. nouissimo eiusdem Pauli Tertij*

duas similes causas propositas fuisse per Paulum Sanguineum, & Scipionem Lancellottum tunc Sacri Consistorij Aduocatos.

8 Solent * quoquè in Consistorio secreto postulari pallia pro Archiepiscopis, & Patriarchis, & à Summis Pontificibus habito Cardinalium præsen-
9 tium voto, concedi, cuius * pallii traditionem immediatè pendere ab Ecclesia Romana dixerunt Abb. *in cap. significasti 4. sub. num. 9. de elect.* & Iacobat. *de Conc. lib. 1. art. 1. n. 239. tract.*
10 *tom. 13. par. 1.* huiusmodi * autem postulatio fit per vnum ex Aduocatis Consistorialibus, vt inquiunt Cæremoniale Romanum *lib. 1. sect. 10. cap. 5. De*

Pal.

pallio, & quomodò traditur fol. 48. post medium vers. cum autem, & Iacobus Cohellius *de Notitia Cardinalatus cap. 7. pag. 15. sub vers. Interim*; vnum scilicet ex septem Aduocatis Consistorialibus senioribus per turnum, qui indutus habitu Consistoriali scilicet, veste oblonga violacea, & caputio circa collum inuerso, cœteris negotiis Consistorialibus absolutis, admittitur in Consistorium adhuc clausum cum Procuratore Patriarchæ, vel Archiepiscopi absentis, pro quo pallium postulatur, siue cum ipsomet Patriarcha, vel Archiepiscopo, si est præsens in Curia, Magistro Cæremoniarum præ-

eunte, & facta priùs genuflexione Summo Pontifici in ingressu, sistit post sedes Cardinalium è conspectu ipsius Pontificis, ac genuflexus ibidem pallium postulat iuxta formam consuetam, quam ne verbo quidem immutare licet, & talis est.

11 Beatissime Pater * Insignis vestra Metropolitana Ecclesia N. (quæ si Primatialis erit, dicetur, Metropolitana, & Primatialis Ecclesia; si verò erunt duæ Ecclesiæ Metropolitanæ simul vnitæ, dicetur, Insignes vestræ Metropolitanæ Ecclesiæ N. & N. insimul vnitæ, vt obseruatum fuisse die 19. Ianuarij 1622. In Ecclesiis Materanen.

nensi, & Acheruntina simul vnitis legitur *in libro Camerarij fol.* 182. *à tergo*; quod si Ecclesia Patriarchalis existat, tunc dicitur. Insignis vestra Patriarchalis Ecclesia N. si verò Lucensis, aut Papiensis, quæ licet sint Cathedrales, non Metropolitanæ: pallium tamen assequuntur ex priuilegio, dicendum erit. Insignis vestra Cathedralis Ecclesia Lucensis, vel Papiensis) S. V. & huic Sanctæ Sedi, fide, & deuotione addictissima, humiliter postulat, vt pallium de Beati Petri corpore sumptum, in quo Pontificalis officii plenitudo vnà cum Archiepiscopalis nominis appellatione confertur (si erit Metro-

po-

politana, si verò Patriarchalis, cum Patriarchalis nominis, sicut in Patriarchali Aquilæiensi obseruatum fuisse dicitur *in libro Camerarij die 14. Nouembris 1616. fol. 136.* iuxta formam in antiquis notis repertam; cœterum in Lucensi, vel Papiensi non poterit dici, vnà cum Archiepiscopalis nominis, sed tantùm; in quo Pontificalis officii plenitudo confertur) S. Vestra tradi iubeat R. P. N. nuper ad eandem Ecclesiam per S. V. promoto (si est promotus: si verò translatus, dicitur, translato; prout si promotio, vel translatio non fuerit facta ab eodem Pontifice, à quo pallium petitur, loco verborum, per S. V.

di-

dicendum erit, per Sedem Apostolicam) Pro quo obtinendo (ſi Patriarcha, vel Archiepiſcopus præſens erit, dicetur) Idem R. P. hic præſens (ſi verò ſit abſens, & procurator, vel alter nomine illius adſit, dicendum erit) N. eius ſpecialis Procurator, ea qua decet reuerentia, & humilitate ſupplicat, inſtanter, inſtantiùs, & inſtantiſſimè. Completa inſtantia Aduocatus ſurgit, & iterum genuflectit, deinde recedit è Conſiſtorio repetita genuflexione Summo Pontifici in limine diſceſſus.

Notandum * quoquè erit Primò huiuſmodi formam deſumptam olim fuiſſe ex verbis Canonum; illa enim, vt pallium 12

de

de Beati Petri corpore sumptum, leguntur *in can. nouit. 3. distinctione* 100. *& in fine cap. significasti vers. cum igitur de elect.* vbi glos. *verb. de corpore*, illa declarat, cum qua transit Redoan. *de Simon. mentali cap.* 17. *sub num.* 8. subsequentia verò; in quo Pontificalis officij plenitudo cum Archiepiscopalis nominis appellatione confertur, sunt Innocentij Tertij *in cap. nisi specialis* 3. *de Author. & vsu pallij*; & nouissima clausula: pro quo obtinendo supplicat instanter, instantiùs, & instantissimè; elicita fuit ex verbis D. Gregorij *in can. prisca distinctione* 100. ibi, *prisca consuetudo obtinuit, vt honor pallij*

nisi

nisi exigentibus meritis, & fortiter postulanti dari non debeat. Ideoquè Abb. *cons.* 102. *num.* 4. *vers. præterea nullum. part.* 2. respondit, pallium * non solerè 13
per Ecclesiam Romanam tradi nisi fortiter, & sæpè postulanti.

Secundò Ad praxim, quòd instantia pro pallijs, vt superiùs dictum fuit, pertinet * ad sep- 14
tem, Aduocatos seniores tantùm. nec quinque Iuniores ad illam admittuntur, fitquè inter seniores distributio per turnum incipiendo à D. Decano Collegii, qui penès se debet retinere libellum, & in illo seriatim describere nomen Ecclesiæ, & Patriarchæ, vel Archiepiscopi, pro quo petitur pallium, & Ad-

uo-

uocati illud per ordinem postulantis, vt de hoc semper liqueat, ac certa fides existat.

Quòduè Patriarcha, vel Archiepiscopus, seù alter eius nomine pallium postulaturus pridiè quàm sit Consistorium, tenetur adire D. Decanum, & apud illum deponere Ducatos decem Cameræ auri in auro pro honorario laboris Aduocati illud petituri, accipiendo chirographum ipsius Decani ei directum, vt inde certior fiat de propositione ad ipsum pertinente per turnum, ac de receptione depositi, cui propterea dictum chirographum statim deferendum erit, eoquè habito, partes ipsius Aduocati erunt

per-

percunctandi ; an Patriarcha, vel Archiepiscopus sit in Curia, & quatenus adsit, illum commonefaciendi, vt personaliter accedat ad Consistorium ; quia * 15
præsentes non admittuntur ad petitionem pallii per Procuratorem, vt contigit anno 1624. in Archiepiscopo Cusentino, qui licet adesset in Curia, miserat procuratorem, quem Vrbanus VIII. noluit admittere ; si verò Patriarcha, vel Archiepiscopus sit absens, diligenter inquirendi facultates personæ cum illo accessuræ ad pallium petendum in Consistorio ; Nam * si Pa- 16
triarchatus, vel Archiepiscopatus sit in partibus orbis olim cogniti, scilicet, Europa, Asia,

& Africa, persona, quæ vult instare pro traditione pallij, debet priùs Aduocato ostendere legitimum, ac speciale mandatum procuræ, ad illud petendum, nec satis erit mandatum generale, vel cum libera &c. vel quid simile; at si Archiepiscopatus sit in Indiis, aliisque partibus orbis noui; tunc propter locorum distantiam Instans admittitur etiam sine mandato procuræ, præcedente tamen iussu, vel nutu Summi Pontificis, quo casu in forma superiùs relata loco dictæ clausulæ. N. eius specialis procurator, erit dicendum, pro quo obtinendo. N. hic præsens ad id eius nomine petendum S. V. nutu ob loco-

rum

rum distantiam admissus, ea qua decet &c. quæ clausula ita legitur extensa *in libro Camerarij Actorum Collegij die 19. Nouembris 1609. fol. 82.*, simile exemplum legitur *eodem libro die vltima Aprilis 1610. fol. 85. à tergo*, ac ità pluriès obseruatum fuit; quin imò de mandato Vrbani VIII. petitum fuit pallium pro Archiepiscopo Armachanæ in Regno Hyberniæ cum mandato procuræ generali per simplicem epistolam non recognitam.

His exactè percunctatis Aduocatus retento penès se dicto mandato procuræ, die sequenti horà condictà accedit ad locum Consistorij, ibiquè moratur cum

Patriarcha, vel Archiepiſcopo, ſi aderunt, ſin minùs, cum eorum Procuratore, donec pulſato tintinnabulo admittatur in Conſiſtorium.

17 Tertiò * Quòd pallia pro Patriarchis titularibus ſemper fuerunt conceſſa etiamſi actu careant reſidentia; ſed pro Archiepiſcopis titularibus, aliquando fuerunt indulta, vt plurimùm verò denegata, nec ideo poterit eorum nomine pallium peti, niſi præcedente beneplacito Summi Pontificis, de quo D Decanus debet priùs ſe informare.

18 Quartò * Quòd pro Archiepiſcopis exiſtentibus in terris infidelium, nec habentibus certos redditus; vel alijs miſſis à

Sacra Congregatione de propaganda fide, pallia gratis petuntur à nouissimo ex septem Aduocatis Senioribus, præcedente tamen speciali rescripto Summi Pontific. mandantis expeditionem fieri gratis, etiam quoad pallium, de quo certior reddi debet D. Decanus, qui nouissimus ex numero septenario solet etiam de consuetudine petere pallium ad commodum D. Decani, si hic ita malit.

Quintò * Quòd Aduocatus Consistorialis nequit Procurator constitui ad pallium petendum; nam cum semel id fecerit D. Lazarus tempore Gregorij XIII., qui tanquam Procurator Archiepiscopi Toletani ingressus 19

fuit Conſiſtorium cum D. Petro Aldobrandino Aduocato petente pallium, Gregorius valdè indignatus fuit, & mandauit Cardinali Camerario, vt admoneret Aduocatos Conſiſtoriales, nè fierent Procuratores ex Aduocatis, vt legitur *in libro Camerarij de menſe Septembris* 1609. *fol.* 79.

20 Sextò * Quòd Patriarchis, & Archiepiſcopis in actu petitionis pallii non datur alius titulus quàm Reuerendi Patris; illud tamen poſtulanti pro Electore Coloniæ de anno 1624. indultum fuit ab Vrbano VIII. vt adderet titulum Admodum Reuerendi, & Aduocatus tunc dixit, Metropolitana, & Electoria-

lis

lis Ecclesia, & inferiùs, Admodum R. P. N. nuper ad eandem Ecclesiam electi, & per S. V. confirmati; quod semper postea obseruatum fuit in Electoribus Imperii.

Septimò * Quòd etiam Prælati retinentes Aduocationem per se ipsos pallia postulant, nisi ex gratia Collegii aliter eisdem fuerit indiuidualiter concessum. 21

Octauò * Quòd pallia pro Cardinalibus præsentibus in Curia electis Archiepiscopis, non postulantur per Aduocatos, sed per ipsosmet Cardinales; secùs verò in eorum absentia. 22

Itidem * renunciatio Cardinalatus, quam Franc. *in cap. 1. num. 3. vers. & per rationem*, *de* 23

renunciat. notat fieri in manibus Papæ illam recipientis, explicanda est in Consistorio secreto, vbi Cardinalium Creatio fieri solet, teste Parisio *de resignat. lib.* 8. *quæst.* 4. *num.* 1. dicente ità obseruatum fuisse tempore Alexandri VI. in renunciatione Cardinalatus facta per Cæsarem Borgiam, *&* *num.* 3. in peracta à Ferdinando Cardinali Medices Magno Duce Etruriæ tempore Sixti V. anno 1588. cum quo transit Iacobus Cohellius *de Notitia Cardinalatus cap.* 15. *priuilegio* 2. *pag.* 163. *vers. tandem*; quod etiam vidimus obseruatum Ferrariæ tempore Clementis VIII. anno 1598. in renunciatione, quàm

ibi

ibi fecit Cardinalis Albertus Archidux Austriæ, Romæ verò à Ferdinando Cardinali Gonzaga Duce Mantuæ 16. Nouembris 1615. sedente Paulo V. deindè à Mauritio Cardinali Sabaudiæ sub Vrbano VIII. & nouissimè à Camillo Cardinali Pamphilio sub initio Pontificatus Innocentii X.

Quæ * renunciatio fit mediante vno ex septem Senioribus, eamquè pro Ferdinando Medices egit D. Cæsar Marsilius Bononiensis Aduocatus Consistorialis teste Parisio *dicto lib* 8. *quæst*. 4. *sub num*. 3. pro Archiduce Austriæ D. Bernardinus Scottus Mediolanensis, mox Rotæ Auditor, vt legitur 24

in libro Camerarij fol. 31. *in fine, & à tergo, in principio*; pro Duce Mantuæ D. Nicolaus Zambeccarius Bononienſis iuxta adnotationem *eiuſdem libri fol.* 129. *à tergo;* pro Principe Mauritio D. Ioſeph Bayla Pedemontanus de Ciuitate Montis Regalis. Aduocatus autem deputandus eſt perCollegium,quamuis non detrectet in hoc morem gerere deſiderio Cardinalis Renunciantis, vt ſeruatum fuit in D. Zambeccario, qui die 24. Octobris 1615. ab ipſo Collegio deputatus fuit in gratiam Ducis Mantuæ, vt habetur *dicto libro Camerarij fol.* 129. *à tergo*.

25 Praxis * verò hæc eſt: Aduo-

uocatus Deputatus vt ſuprà accedit ad locum Conſiſtorij indutus habitu Conſiſtoriali, vnà cum procuratoribus conſtitutis ad petendum admiſſionem renunciationis, & cum illis in Conſiſtorium ſecretum introducitur; ibiquè genuflexus poſt ſedes Cardinalium è conſpectu Summi Pontificis, ſic orat. *Beatiſſime Pater N. & N. talis Cardinalis apud S. V. oratores, eiuſdem Cardinalis Procuratores inſolidum hoc legitimo ſuffulti mandato ad reſignandum in manibus S.V. Cardinalatus Dignitatem, habent ad S.V. & ad Sacrum Collegium litteras, quas, humiliter ſupplicant, vt recipere dignentur, illisque lectis benignè*

au-

audire, quæ habent in mandatis. Posteà Procuratores prædicti dimittunt litteras in manibus Summi Pontificis, quæ alta voce leguntur per Secretarium, eisdemquè lectis Aduocatus genuflexus orationem habet, in qua Summo Pontifici, & Sacro Cardinalium Senatui exponit desiderium, & causas renunciationis prædictæ, & in fine concludit. *Hi igitur hic præsentes prostrati ad pedes S. V. & N. talis Ecclesiæ S. R. E. Diaconi Cardinalis Procuratores, eiusquè nomine, ea qua decet humilitate, in manibus S. V. dicti Cardinalatus dignitatem, vnà cum omnibus præeminentijs, honoribus, priuilegijs, insignibus quibuscunquè*

què realiter, & cum effectu, purè, liberè, & ſimpliciter dimittunt, reſignant, & renunciant, nec non regimini, & adminiſtrationi dictæ Eccleſiæ N. eodem nomine cedunt, S. V. humiliter, & inſtantiſſimè ſupplicant, vt admiſſionem, reſignationem, renunciationem, & ceſſionem prædictas grato animo excipiendo dignetur admittere, ſibique iuramenta quæcunque per eum præſtita ratione dignitatis Cardinalatus, & præfatæ, aliarumque quaruncunque Eccleſiarum; quibus adhunc vſquè diem præfuit relaxare, ac quacunque magis opportuna ratione, ſtatui, conſcientiæ, & ſecuritati eiuſdem Cardinalis prouidere, prout S. V.

ex

ex summa sua prudentia, & benignitate censuerit expedire. Quod verò reliquum est Pater Beatissime N. multis quidem nominibus S. V., & huic S. Sedi Apostolicæ se adstrictum profitetur, sed ad vetera S. V. erga eum officia, & promerita magnus cumulus accedet, si Sanctitas Vestra his Reuerendissimis Dominis Assistentibus eum à Cardinalatus munere, vt sperat, absoluerit, & vt in altera vocatione, adquam eum Deus vocat diù, feliciterquè versari possit, suam sibi benedictionem impertiuerit. Absoluta oratione Summus Pont. annuit, & admittit renunciationem de consensu omnium Cardinalium præsentium, & vocantur duo

duo Prothonotarii participantes, vt de hoc actu ſe rogent; quam hiſtoriam, & orationis formam per extenſum refert Pariſ. *dicto lib.*8. *quæſt.*4.

Plerumquè etiam contingit, quòd ab Oratoribus Principum, vel aliis habendus ſit ſermo in Conſiſtorio ſecreto ad Summum Pont., & Sacrum Cardinalium Senatum, qui pariter habendus eſt ab vno ex ſeptem Aduocatis Senioribus; nullus * enim præ- 26
ter illos ex immemorabili conſuetudine admittitur ad loquendum cum Sanctiſsimo in Conſiſtorio ſecreto; quod noſtra ætate bis accidit, ſemel tempore Sixti V.cum oratores Regis Catholici fuerunt admiſsi, vt no-

mi-

mine dicti Regis instarent pro Canonizatione B.Bertrandi;tunc enim illis assistentibus orauit D. Horatius Burghesius Aduocatus Consistorialis, prout habetur *in libro Camerarij fol.* 31. & tenor instantiæ ab illo tunc factæ refertur *eodem libro fol.* 32. *à tergo*. Iterumquè die 4. Februarii 1604. tempore Clementis VIII. cum oratores Mediolanenses in eodem Consistorio secreto supplicarunt pro Canonizatione D. Caroli Cardinalis Borromei, in quo solus eorum nomine orauit, & loquutus fuit D. Bernardinus Scottus Mediolanensis, ita mandante Clemente VIII. auditis Iuribus Collegii, quòd ex immemorabili con-

consuetudine nulli præter ipsos Aduocatos Consistoriales liceat loqui coram ipso Pontifice in Consistorio secreto, cuius facti historia recensetur *dicto libro Camerarij fol. 30. à tergo, & 31.* tenor verò orationis tunc habitæ *ibidem* legitur *fol. 32.*

Præterea * quotiès continge- 27
ret, aliquam causam grauissimam pertractari coram Summo Pontifice, & Sacro Cardinalium Senatu in Consistorio secreto, tunc etiam soli Aduocati Consistoriales admittendi essent, sicut tempore Clementis VII. obseruatum fuit in Causa Henrici VIII. Regis Angliæ, si quidem pro illius excusatore, in eo admissus, & auditus fuit

D.

D. Sigismundus Dondolus Pistoriensis, cuius dicta excusatoria habebat typis impressa P. Nicolaus Riccardius Magister Sacri Palatii.

Hæc de Consistorio secreto:

28 In publico autem quod *pluribus ex causis haberi solet, vel scilicet gratia tradendi galerum Cardinalibus nouiter creatis, seù venientibus ad Curiam sine galero, vel pro audiendis Cardinalibus, qui redeunt à Legationibus vt Gomes. inquit *in Compend. vtriusque Signaturæ col. 3. sub vers. redeundo. Ibi: Igitur dum ista*; Vel pro excipiendis, & audiendis oratoribus Principum, & Rerumpublicarum missis gratia præstandi debitum filia-

lialis obedientiæ obſequium Summo Pontifici, ac Sedi Apoſtolicæ, de quo meminit tàm Cæremoniale *lib. 1. ſect. 13. cap. 9. De Receptione Oratorum, ſiue Legatorum Regum, & Principum, ſeù Rerumpublicarum fol. 58.* quàm Scaccia *de Iudic. lib. 1. cap. 69. num. 1. verſ. huiuſmodi;* Vel in aduentu Regum, Magnorumquè Principum iuxtà dictum Cæremoniale *lib. 1. ſect. 13. cap. 2. de Receptione Regis venientis ad Curiã fol. 55. à tergo, ſub verſ. ſurgat, cap. 3. De Receptione Reginæ fol. 56.* Vbi tamen dicitur Reginam Daciæ tempore Sixti IV. & Innocentij VIII. non fuiſſe receptam in Conſiſtorio, ſed à Collegio Car-

dinalium ductam ad domum suæ habitationis; quamuis Pius II. *in suis Comment. lib. 7. pag. mihi* 328. referat, Carlottam Reginam Cypri ad ipsum venientem publicè excepisse in Aula Consistorij, ac deinde in parte Palatij seorsim collocasse, & Clemens VIII. in eodem Consistorio exceperit Ferrariæ Margaritam Austriacam Reginam Hispaniarum, & Sanctissimus D. N. Alexander VII. dictis exemplis inhærens Christinam Reginam Sueciæ *cap. 4. De Receptione Primogeniti Regis eodem fol. à tergo, ac cap. 5. De Receptione alicuius Principis Electoris Imperij, siue alterius maximi Principis sub vers. Princeps.*
fol.

fol. 57. Vel demum prò Causis Iudicialibus tantùm, vt idem Cæremoniale refert. *lib. 1. sect. 9. cap. 1. fol. 46. post medium vers. Cum autem Consistorium.*

In publico, * inquam, Consistorio proprium, ac peculiare munus Aduocatorum Consistorialium est orare, vt Cherubinus inquit *ad dictam Constitutionem. 62. Sixti V. Scholio primo in fine*, Proponendo scilicet causas, & Commissiones Iustitiæ, sicut habetur dicto Cæremoniali *lib. 1. cap. 2. De Habitu, & locis in Publico Consistorio fol. 56.* ibi, *cùm autem Consistorium tenebitur prò causis Iudicialibus tantùm, quod fieri consueuit à Pontificibus interdum,* 29

cùm ob alias causas non tenetur, Aduocatus proponens stans contra Pontificis faciem, & causam suam exponit, & in finem Cedulam suæ supplicationis inter sedentes in terra Curiales proijcit, qui illam ad manus ViceCancellarij transmittunt: Si quis est ex alijs Aduocatis, qui contradicere velit, & prò Aduersario respondere, auditur; finita allocutione Pontifex respondet per Verbum, Placet, simpliciter, vel cum limitatione, vt sibi videbitur, & ViceCancellarius manu propria signat supplicationem secundùm Pontificis responsum, & idem in libro, quem penès se habet, scribit &c. ac etiam *lib. 3. sect. 2. c.27. De Secretarijs, & Aduocatis*

in

in fine fol. 134. *à tergo,* ibi, *In publicis autem Consistorijs proponunt Causas, vt superius diximus, cum de publicis Consistorijs ageremus. Aduocatus pauperum primò proponit, vel Aduocatus Fisci, si est etiam Fiscalis;* meminitquè etiam *dicto lib.* 1. *sect.* 8. *cap.* 4. *De Receptione Nouorum Cardinalium ad osculum pacis fol.*40. *à tergo* ,ibi, *potest proponi aliqua breuis causa per Aduocatos. cap.* 15. *De Nouo Cardinali veniente ad Curiã sine galero fol.*45. ibi, *Deinde Aduocatus Consistorialis proponit aliquam causam,* & paulò inferiùs, *Aduocatus autem prosequitur suam causam. sect.* 13. *cap.* 2. *De Receptione Regis &c. fol.* 55. *à tergo*

post medium, ibi, *etiam si Pontifici placet, proponuntur ab Aduocatis aliquæ causæ*, *cap.* 5. *de Receptione alicuius Principis &c. fol.* 57. ibi, *proponetur aliqua causa ab Aduocatis, & cap.* 8. *De Receptione oratorum fol.* 58. *à tergo*, ibi, *deinde proponetur aliqua causa ab Aduocatis*, cui in hoc subscribit Cohellius *de Notitia Cardinalatus cap.* 10. *pag.* 41. *post medium*.

Idemquè testantur Alphonsus Sotto antiquus glossator Regularum Cancellariæ *super Reg.* 25. *Innocentij VIII. nunc* 26. *num.* 13. ibi, *& sic istæ Commissiones Iustitiæ aliquando proponuntur in Consistorio publico per Aduocatos Consistoriales, vt*

om-

omnes videant Papam facere Iustitiam cum æquitate, Staphileus *De litteris Iustitiæ in præludio num.* 4. ibi, *Commissiones namquè conceduntur aliquando per Papam in Consistorio publico, & proponuntur per Aduocatos Consistoriales, vt omnes palam, & publicè videant Summum Pontificem Iustitiam ministrare,* & Gomes. *dicto compend. vtriusquè Signaturæ col.* 4. *in fine vers. item quia Papa,* qui tamen *col.* 1. *vers. sed ista* impugnat rationem Sotti, & Staphilei, quia Papa non indiget demonstratione benefacti, cum ex seipso soleat, & palam, & occultè semper, & vbiquè Iustitiam ministrare, cumquè hoc notum

ſit omnibus, non videtur neceſſarium, quòd vtatur ea demonſtratione in Conſiſtorio publico; quamobrem *ſequenti verſ.* veram rationem eſſe inquit, *nè illa temporis intercapedine, qua Summus Pontifex ocioſus expectat introductionem, & reditum Noui Cardinalis è Cappella, vel Legati, aut Oratorum, videatur tempus inaniter terere, ſed illic adeſſe non ociosè*; quam cum priori Sotti, & Staphilei coniungit Scaccia *de Iudic. lib. 1. cap. 65. num. 1. in fin.*

30 Huiuſmodi * verò Commiſſiones Pontifex conſueuit ſignare alta voce per Verbum, Placet, ſimpliciter prolatum, vel cum limitatione, vt ſibi videtur, iuxtà

tà dictum Cæremoniale *lib.* 1. *sect.* 9. *cap.* 2. *post medium vers. finita fol.* 46. & notata per Gomes. *dicto compendio vtriusquè Signaturæ col.* 1. *vers. nam ex eo,* de quibus etiam intellexit Vitalinus *in Clement. abusionibus nu.* 20. *de pænit. & remiss.* animaduertendo, quòd Aduocatus Consistorialis non debet plus effectualiter exponere verbo in Consistorio publico Papæ, quàm contineatur in supplicatione scripta, quam de mandato Papæ exhibet Cancellario, vel alteri Cardinali, quem deputet super hoc Commissarium.

Consueuerant * quoquè in Consistorio publico fieri processus generales, & pertractari Cau- 31

sæ

sæ Criminales, quod sane spectabat ad Aduocatos Consistoriales, è quorum numero est Aduocatus Fisci, cuius rei exemplum extat apud Vitalin. *in Clement. 1. num. 8. & 9. de Iudic.* dum inquit *num. 8. quòd in Palatio, vbi Papa tenet publicum Consistorium, fiunt processus generales*, subditque *num. 9. sicut sæpe vidistis tempore huius D.N. Clementis VI. factum fuisse me proponente, vt Aduocato sui Fisci contra Benedictum Antipapam, & reliquos Bartholomeistas* asserente Fulgos. *in l. binos. in fine C. de Aduocat. Diuers. Iudic. quòd Antiquior Aduocatus Consistorialium est Aduocatus Fisci Ecclesiastici*, & Vestrio *in Praxi lib.*

lib. 2. cap. 8. Is vtique est eiusdem Consistorialis ordinis; quod nouissimè repetunt Io. Ludouicus Gothofredus *in Anonthologia Cosmica lib. 1. tit. de Terris, & Dominijs Pontificis Romani Rubr. Modus, & forma dominij nostri temporis num. 38. pag. 25. col. 2. post medium*, ibi; *Is autem Aduocatus est de numero, & ordine Consistoriali*. Scannarolus Episcopus Sidoniarum *De Visitat. Carcerat. lib. 1. cap. 4.* ibi, *eligitur ex ordine Aduocatorum Consistorialium*, & Cohellius *de Notitia Cardinalatus cap. 45. vers, sed tandem*. Idem de processibus prædictis testatur Gomes. *dicto compend. vtriusquè Signaturæ col. 3. vers.*

nam

nam hic mos; quarè cauetur *in Conſtitutionibus antiquis Collegij*, quòd in propoſitione Cauſarum facienda in Conſiſtorio publico nullus alius admitti debeat, quàm Aduocatus ritè, & rectè receptus, & admiſſus, & quòd in eo ſeruetur ordo, & forma Conſtitutionis Benedicti XII. incipiens, Ad perpetuam rei memoriam.

Cæterum noſtra ætate exoleuit mos iſte proponendi veras commiſſiones, agendiquè veros proceſſus criminales, ſucceſſitquè * ſtylus habendi Oratio-
32 nes, in quibus Aduocati Conſiſtoriales ex arte, & ingenio confingebant caſus crudeles, & atroces, quos ſophocleo cothur-

no durioribus verbis exagerabant, eosdemquè concipiebant instar commissionum, quibus instabant penès Summum Pontificem, vt causas enarrati delicti committeret, sicut testantur Gomes. *dicto compend. vtriusquè Signaturæ col. 1. vers. quas ex arte.* Vestr. *dicto lib. 2. cap. 18. num. 2. in fine, vers. & in publicis*, & Scaccia *de Iudic. lib. 1. dicto cap. 65. num. 1. vers. hodie.*

Quem stylum in meliorem formam immutauit sapientissimus Pontifex Vrbanus VIII. sicut *in libello Decretorum Congregationis sacrorum Rituum eius Iussu edito Anno 1642. legitur pag. 62. cum seq.* in hæc verba.

Item

Item demandatum est, ut declamationes de rebus prophanis, & plerunquè de atrocioribus criminibus confictis, & imaginarijs, quæ fieri solebant in Consistorio publico ab Aulæ Consistorialis Aduocatis, quandò Legati Sedis Apostolicæ in eorum reditu ad Vrbem excipiuntur in eodem Consistorio, vel quando per Summum Pontificem traduntur pilei Cardinalitij nouis Cardinalibus creatis, vel admittuntur Legati Principum ad præstandam obedientiam Sedi Apostolicæ, abrogentur
33 *omninò, & earum * loco subrogentur Propositiones Causarum Seruorum Dei, qui fama sanctitatis conspicui merentur adscribi in numero Sanctorum, siue Bea-*

torum, pro quibus poterunt instare apud Summum Pontificem Aduocati, petendo committi, prosequi, vel expediri respectiuè causas arbitrio Sanctitatis Suæ.

Notandum * tamen erit ad 34
praxim, quòd D. Decanus non nisi ad eius libitum proponebat huiusmodi causas iuxtà decretum Collegij relatum *in protocollo Curtij Saccocciæ fol.* 184. tenoris infrascripti, nempè, *die* 18. *Maij* 1556. *Collegialiter congregati Domini Aduocati vnanimi consensu decreuerunt, & ordinarunt, quòd D. Decanus modernus, & pro tempore existens non teneatur proponere in Consistorijs publicis causas Consistoriales Criminales, nisi ad eius libitum*

tum, & voluntatem: reliqui verò Aduocati, tàm ſeniores, quàm iuniores, debent illas proponere alternatim incipiendo ſcilicet ab antiquiore ex ſenioribus poſt Decanum Collegij, mox à Decano iuniorum, deinde ab altero ſeniore, qui tertius ſit à D. Decano Collegij, poſtea à ſecundo ex iunioribus, inde à ſeniore, qui quartum locum obtineat, deinde à tertio ex iunioribus, & poſt illum ab eo, qui quinto loco ſedeat, ſuccesſiuè à quarto iuniorum, mox à ſeniore, qui ſit ſextus à D. Decano Collegij, poſtea à nouiſſimo iuniorum, ac demum à ſeptimo

35 *ſeniorum.* nullus * autem ab hoc munere immunis exiſtit, etiam ſi Prælaturam retineat cum

Ad-

Aduocatione Consistoriali, nisi ex decreto totius Collegij liber fiat, excepto* nunc fidei Pro- 36
motore, qui pro suo munere tenetur in singulis protestari de legitimè protestandis, priùs quã Summus Pontifex proferat verba Rescripti; extra ordinem verò causas prædictas proponere tenetur nouissimus Aduocatorum, cui altera immediatè sequens à prima, quam post eius admissionem audiuit, omnino defertur, prout etiam Aduocatus de numero septem seniorum effectus, qui primam orationem immediatè sequentem extra ordinem habere debet, ob eius ingressum in numerum septenarium.

37 Talisquè * ordo eſt obſeruandus in earum propoſitione; nam poſt obedientiam à Cardinalibus præſtitam Summo Pontifici in Conſiſtorio publico, Aduocatus propoſiturus cauſam, ſiue Commiſſionem, vt ſuprà, ſiſtit antè ſolium Summi Pontificis è conſpectu illius, medius inter D. Decanum Collegij manentem à dexteris, olimquè à ſiniſtris Procuratorem Generalem Fiſci Pontificij, nunc verò Promotorem fidei; qui Aduocatus præ manibus tenere debet papyrum Commiſſionis cæteris Aduocatis circumſtantibus, & facta genuflexione primum ſuæ orationis verſiculum eloqui, mox autem ſilet, quià

quià Cardinali, vel Legato mittuntur duo Diaconi, vt illos introducant in Consistorium, Oratoribus verò Patriarchæ, Archiepiscopi, vel Episcopi assistentes, post quorum discessum iterata genuflexione prosequitur iàm cœptam orationem, donec Cardinales, Legati, vel Oratores Consistorium ingressi fuerint, quibus ingressis, si Legati, vel Oratores sint, orationi finem imponet, & genuflexus cum Procuratore Fisci olim instabat vt infrà. Quarè supplicat deuotus Sanctitatis Vestræ orator N. Fisci, & Cameræ Apostolicæ procurator generalis, vt Causam, & Causas huiusmodi &c. Et Summus Pontifex alta

voce respondebat. Placet. Nunc autem relatis precibus Principum, & aliorum postulantium fieri talem Beatificationem, vel Canonizationem, instat prò illius commissione, prosecutione, vel expeditione; aduersus quam Promotor fidei protestatur opponendo ea, quæ singulis appositè congruunt, & successiuè Summus Pontifex alta voce solet ita rescribere, Audiat Congregatio Sacrorum Rituum, & nobis referat. At si Consistorium habeatur pro galero tradendo Cardinali nouiter creato, Aduocatus illo Consistorium ingresso, expectabit donec idem cum cœteris Cardinalibus inde discedat versus sacel-

lum, gratià ibidem legendi, & iurandi Constitutiones Apostolicas, quibus recedentibus prosequitur orationem inchoatam vsquè ad eorum reditum in Consistorium, quo secuto genuflectit, & instat pro commissione Causæ vt supra.

Olim quoquè animaduertendum erat ab Aduocatis, nè in eorum declamationibus immiscerent aliqua tangentia ordinem, vel Dignitatem Episcopalem, seù miracula, aut Indulgentias, vel similia, quæ aures Pontificis, & Auditorum quoquomodo lædere potuissent; Nam cum Aduocatus, qui orauerat in Consistorio habito 23. Decembris 1600. di-

xiſſet quædam aduerſus Epiſcopum Germanum, ac de miraculis, Clemens VIII. præcepit Gubernatori Vrbis, vt admoneret Collegium, quòd imposterum caſus proponendos in Conſiſtorio aſſumeret à Procuratore Fiſcali, quem ordinem poſtea reuocauit ad preces Collegij, iuſſitquè nihil innouari, præuia tamen promiſſione ipſius Collegij, quòd in orationibus futuris non apponerentur tangentia Epiſcopos, miracula, Indulgentias, & ſimilia, cuius rei hiſtoria enarratur *in libro Camerarij fol.* 17.

38 Hodie * verò obſeruanda ſunt contenta in inſtructione, quam Secretarius Congregationis

nis Sacrorum Rituum de mandato Vrbani VIII. misit Aduocatis Consistorialibus, de his, scilicet, quæ in proponendis Causis Beatificandorum, seù Canonizandorum loco commentitiarum abolitarum debent imposterum obseruare: Primò, quòd electio causarum spectet ad dictam Congregationem, & vnicuiquè Aduocato per turnum detur cedula Serui Dei, cuius causam proponere debeat. Secundò, quòd per octo dies ante propositionem causæ in Consistorio aptentur ea, quæ Aduocatus dicere parauerit ad limites dictæ instructionis. Tertiò, De Miraculis in indiuiduo nihil afferatur, sed

Aduocatus narrando seriem vitæ agat solummodò de virtutibus; de miraculis autem in genere tantùm. Quartò, eidem quoquè liceat agere de fama sanctitatis à die obitus vsquè in præsens, referendo asperitatem vitæ, vigilias, orationes, ieiunia, eleemosinas, disciplinas, aliaquè opera meritoria à Beatificandis patrata. Quintò, similiter de Populorum concursu ad sepulchrum, de oblationibus, ac de instantijs multiplicatis Principum virorum. Sextò, pariter de gloria militantis Ecclesiæ in Beatificationibus Sanctorum, dequè excitatione ad heroicas virtutes eorundem exemplo. Septimò, quòd

quòd Aduocatus proponens habeat, & teneat in manibus Commissionem in forma signandi, ad effectum illam relaxandi cui Sanctitas sua mandabit. Octauò, quòd Promotor fidei, cùm semper esse debeat de Collegio Aduocatorum Consistorialium, immunis sit à propositione dictarum Causarum; esset enim inconueniens, eum, qui ratione sui officij opponere debet Processibus Beatificandorum fabricatis, seù fabricandis, ad hoc vt in rè tanti momenti veritas elucescat, præstare in eisdem Causis suum fauorabile patrocinium.

Nec memoriæ gratià videtur omittendum, quòd Colle-

gium

gium sempe studuit, nè peruetustus mos proponendi per viam Commissionis loco supplicis libelli immutaretur; quarè cum die 13. Martii 1597. Clemens VIII. mandasset Collegio, vt in singulis Consistoriis publicis declamarent duo Aduocati vnus ad offensam pro Fisco, alter ad defensam pro Reo, Collegium hoc audito eidem supplicauit, & obtinuit, nihil de stylo, ac more antiquo innouari vt legitur *in libro Camerarij fol. 2. à tergo*.

39 Prout etiam * quòd Fiscus Apostolicus singulis Aduocatis proponentibus prò honorario soluit aureos decem ponderis, vt aiunt, veteris, quorum manda-

da-

datum ſit à Notario Charitatis
inſeruienti Gubernatori Vrbis,
& ſubſcribitur ab eodem Guber-
natore, & Procuratore Fiſci, &
dirigitur ſoluendum Depoſita-
rio generali Cameræ Apoſtoli-
cæ, illud ſoluenti ex prouenti-
bus maleficiorum.

Vnde * liquet, Aduocatos 40
Conſiſtoriales iure optimo poſ-
ſe dici Referendarios Sacri Con-
ſiſtorii, iuxtà opinionem gloſ-
ſæ *in Authent. de Referendarijs
Sacri Palatij nouella.* 1.0. *Verb.
Referendarijs*, dum inquit, *e-
rant autem Referendarij Aduo-
cati in Curia Principis dicti ex
eo, quod referunt vices hominum
coram Principe*, quam ſequuti
ſunt Rebuff. *in l. deteſtatio* 40.
§. ſer-

§. *serui appellatio, in fine vers. Referendarij ff. de verbor. significat.* Alberic. *in dictionario verb. Referendarij*, Cassaneus *in Cathalogo gloriæ mundi part.7, considerat. 11. vers. hi enim*, ibi; *qui dicuntur Referendarij, idest Aduocati Sacri Palatij*; hinc Gambar. *de Officio, & author. Legat. lib. 1. rubr. qualiter Legatus se gerere debeat, cum Prouinciam est ingressus num. 31.*, inquit, *Referendarios in Aduocatorum genere reponi*, ac magis ad rem nostram Martinus Laudens. *in tract. de Official. Domin. quæst. 59.* notat *Referendarios non esse simplices Aduocatos, sed illos qui sub certo numero constituti sunt, ad proponendum Commis-*

missiones; quod profectò in omnibus conuenit Aduocatis Consistorialibus, iustè propterea recensendis inter Referendarios.

Qua ratione * Collegium Aduocatorum Consistorialium subiacet ViceCancellario, qui in concernentibus Iustitiam, & Commissiones causarum olim præcipuum locum obtinebat in Curia Romana, quod etiam animaduertit Æneas Syluius tunc Præsbyter Cardinalis tit. Sanctæ Sabinæ, & Episcopus Senensis ad Pontificatum mox euectus sub nomine Pii Secundi *in Apologetica Ad Martinum Mayer pag. mihi* 737. ibi, *Alterum est officium Vicecancellariatus &c. Vicecancellario subser-* 41

uiunt

uiunt Auditores, &c. & Aduocatorum nobilis ordo &c.

42 Præterea * conuocatur Consistorium publicum pro Canonizatione Sanctorum, sicut præter Cæremoniale asserit Cohellius *de Notitia Cardinalatus cap. 15. Congregatione 1. pag. 42. in fine*, & in his publicis Consistoriis vt plurimùm Sanctorum Canonizationes præfiguntur, in quibus Aduocatus Consistorialis consueuerat olim in principio petere à Summo Pontifice, vt circa merita Canonizandi audirentur Prælati, qui erant sex, aut octo, & successiuè narrantes merita Canonizandi, & supplicantes pro illius canonizatione, postmodum ip-

se-

ſemet Aduocatus ſupplicabat, vt canonizatio decerneretur, ſicut ex antiquis Codicibus refertur ex Cæremoniale *lib. 1. ſect. 6. cap. 1. de Canonizatione vnius Sancti verſ. in huiuſmodi Conſiſtorio, fol.* 31. Nunc autem poſt obedientiam de more præſtitam Summo Pontifici *, Ad- 43
uocatus Conſiſtorialis cœteris circumſtantibus in habitu Conſiſtoriali longa oratione proponit vitam, geſta, & miracula Canonizandi, & in fine genuflexus ſupplicat nomine Principum, & Populorum inſtantium pro dicta canonizatione, talem à Sanctitate ſua adſcribendum eſſe in cathalogum Sanctorum Christi, decernendumquè, vt

à cunctis fidelibus pro Sancto veneretur; Et Pontifex audito Aduocato, per organum eius Secretarii Domestici laudat facundiam illius, subdens libenter audiuisse tàm miranda præconia talis Serui Dei, velle tamen super hac rè maturiùs cum Fratribus suis deliberare, atquè ideo hortari, ac monere omnes, vt diuinam clementiam implorent; quatenus dignetur inspirare in mente sua, Fratrumque suorum S.R.E. Cardinalium, ac omnium Prælatorum, quorum consilio in tanto negotio vsurus sit, ea, quæ Diuinæ Maiestati placitura sunt, nequè permittat suam sanctam Ecclesiam errare; Prælatos verò ad-

admonet, quòd super his debeant cogitare, vt cùm requisiti fuerint, maturè posſint respondere; hisquè dictis finitur Consistorium, quæ ad amussim leguntur *dicto cap. 1. vers. fit post hæc publicum Consistorium fol. 30. à tergo, & 31.* ac repetuntur ab Angelo Roccha *de Canonizatione Sanct. cap. 37. Rubr. de Consistorio secundo*, & Lezana *consult. 1. num. 71.*

Electio * talis Aduocati hoc modo per Collegium fit; Agentes enim pro Canonizatione porrigunt libellum supplicem D. Decano super illius electione, eoque lecto Collegialiter, fit deputatio, sicut obseruatum fuisse in Canonizatione D. Ca- 44

L roli

roli Borromei legitur in libro Camerarii die 26. Ianuarii 1610. *fol.* 83. *à tergo*, pro qua electus fuit Cardinalis Iulius Roma Mediolanensis tunc Consistorialis Aulæ Aduocatus.

45 Et quia * post Consistorium publicum, celebratur semipublicum, quod superiùs dictum fuit esse speciem secreti, conuocatis vltrà Sacrum Collegium omnibus Prælatis Curiæ scilicet Patriarchis, Archiepiscopis, Episcopis, & Abbatibus, ad quos tantùm pertinet votum proferre, cui interesse debent etiam Prothonotarii, vt rogentur de gestis, & Auditores Rotæ, qui fuerunt Commissarii, vt tanquàm informati explicent

si

ſi quid eſſet declarandum, & Procurator Fiſcalis rogaturus dictos Prothonotarios; in hoc etiam ſuum munus obire ſolent Aduocati Conſiſtoriales; nàm Summus Pontifex breuiter proponit ad quid fuerint vocati, deinde ſi placet mandat per Aduocatum, qui orauit in publico ſummatim repeti vitam, & miracula Canonizandi cum probationibus deſuper ſumptis; poſt quæ ipſe Pontifex narrat quanta cum diligentia, & fide inquiſitio, & proceſſus ſuper hac re factus ſit, de multiplici, & canonica atteſtatione, de inſtanti Principum, & Populorum poſtulatione, ac demum conſcientiam illorum onerando ex-

quirit singillatim à quolibet suam in ea re sententiam; cumquè omnes illam protulerint, gratias agit de bono consilio, eosdemquè hortatur, vt orent Deum, nè sinat in tanto negotio ipsum errare, sicquè omnes recedunt iuxta relata in Cæremoniali *dicto cap. 1. vers. post hæc cum placuerit fol. 31.* Ideoquè Leo X. in Consistorio semipublico habito die 13. Aprilis 1519. pro Canonizatione Sancti Francisci de Paula, iussit Angelo de Cæsis, vt summatim repeteret dicta ab eo in præcedenti publico, idemquè obseruauit Adrianus Sextus in semipublico habito die 29. Maii 1523. pro Canonizatione San-

ctorum Antonini, & Benonis, vt respectiuè legitur *in actis Consistorialibus*, quæ seruantur penès Cardinalem Vicecancellarium *fol.79. & 121.*

Nequè prætermittendum videtur quòd idem Aduocatus in Basilica Principis Apostolorum, seu alia Canonizatio celebratur, priusquàm Summus Pontifex pronunciet sententiam Canonizationis, ter genuflexus ante solium Summi Pontificis nomine Principum, & Populorum, qui de ea re scripserunt, instat pronunciari, & declarari in Sanctorum Cathalogo adscribendum, vt Sanctum venerandum à Christi fidelibus iuxta formam relatam per Cæ-

remoniale *lib. 1. sect. 6. cap. 2. fol. 32. vers. deinde* Angel. Roccham *De Canonizatione Sanctorum cap. 38. sub Rubr. Canonizationis Decreti forma*, & Lezanam *dicto Consult. 1. num. 72. & 73.*

Et quia ex superiùs dictis constat de genere Consistorialium esse Causas Beatificationis, & Canonizationis Seruorum Dei, non videtur alienum ab hoc titulo lectores admonere, quòd priùs Aduocatus Fisci Pontificij oppositoris partes implebat, respondendo de iure quoties requirebatur à Commissa-
46 riis Apostolicis. Verùm quia * mox Vrbanus VIII. voluit in eiusmodi causis seruari ordinem

nem iudiciarium, & in ſingulis actis citari Promotorem fidei iuxtà formam Breuis ab ipſo conceſsi, talem prima vice ſuis litteris datis 11. Ianuarii 1631. Pontificatus Octauo, impreſſisque in libello Decretorum Congregationis Sacrorum Rituum *pag. 34. cum tribus ſequentibus*, conſtituit Antonium Cerrum ſub hac forma. Te, qui noſtræ Conſiſtorialis Aulæ, & Fiſci, & Cameræ Apoſtolicæ Aduocatus exiſtis &c. In Promotorem fidei &c. Apoſtolica authoritate tenore præſentium deputamus &c eoquè defuncto ſimilibus litteris datis 10. Martii 1642. Petrum Franciſcum de Rubeis Genitorem meum;


ac vt omnibus palam faceret suæ mentis fuisse, vt huiusmodi * officium Promotoris fidei
47 esset perpetuò addictum Collegio Aduocatorum Consistorialium, iussit in instructione eisdem missa apponi verba superiùs relata; *quòd Promotor fidei, cum semper esse debeat de Collegio Aduocatorum Consistorialium &c.*



De

De Admissione, ac Ordine Sedendi in Conciliis Generalibus.

CAPVT QVARTVM.



1 *QVæ personæ admittantur in Concilijs Generalibus.*
2 *Causæ admittendi in Concilijs Generalibus sunt doctrinæ, ac ministerij.*
3 *Aduocati Consistoriales admittuntur in Concilijs Generalibus causa doctrinæ.*
4 *Ordo, quo sedent Aduocati Con-*

Consistoriales in Concilijs Generalibus.

5 *Aduocati Consistoriales, qui interfuerunt Concilio Constantiensi. Qui Florentino nu. 6. Qui Lateranensi num. 7. Qui Tridentino num. 8.*



1 IN Conciliis generalibus * vltrà Prælatos Ecclesię habentes vocem decisiuam, admittuntur etiam alii tàm Clerici, quàm Laici ex causis relatis à Card. Turrecremata *in summa de Ecclesia lib. 3. cap. 15. sub*

vers.

verſ. & tamen, duas præ cæteris
recenſente *, Alteram gratià 2
doctrinæ, & eruditionis, Alteram gratià miniſterii, cui ſicut adſcribi poteſt admiſſio Prothonotariorum Apoſtolicorum, Clericorum Cameræ, & Secretariorum, pro excipiendis, redigendisquè in publicam formam geſtis Concilii, Subdiaconorum, Auditorum Rotæ, Accolithorum, aliorumquè Officialium Papæ, qui enumerantur in Cæremoniali Romano *lib.* 1. *ſect.* 14. *cap.* 4. *De Diuerſis Officialibus Concilij, & cap.* 5. *ordo ſedendi in Concilio fol.* 60. & à Card. Iacobatio *de Concilio lib.* 1. *art.* 5. *tract. tom.* 13. *part.* 1. *fol.* 208. *à tergo, &* 209. Ita
prio-

3 priori * causæ adscribenda est
2 admissio Aduocatorum Consistorialium, quorum vnà cum prædictis meminit Thomas Campegius Episcop. Feltrensis *De Concilio cap. 15. num. 23. dicto tom. 13. part. 1. fol.* 407. ibi *De Prothonotarijs, Auditoribus Rotæ, Aduocatis Consistorialibus, & alijs plerisquè, qui Officiales sunt, & demandato sibi muneri occupati, non est nobis sermo, sed*
4 *si qui sedere deberent*, seruandus esset mos, qui seruatur in Capella Apostolica, si Pontifex præsens fuerit: si absens, sedebunt Prothonotarij post Generales, deinde Auditores Rotæ, postea Theologi & Doctores, cæterique ordine suo.*

Qua-

Quare in actis Concilii Ferrariensis, & Florentini celebrati sub Eugenio Quarto, & collectis à Card. Horatio Iustiniano *part. 1. titulo. Auuisamenta DD. Deputatorum de modo consedendi in hoc Sacro Concilio Ferrariensi pag. 56. in fine, & 57. in princ* leguntur hæc verba. *Generales verò Ordinum Mendicantium, Oratores Vniuersitatis studiorum, Subdiaconi, Auditores Palatij, & Auditor Cameræ, Clerici Cameræ Apostolicæ, Aduocati Consistoriales, Procuratores Episcoporum, & Prælatorum absentium, Procuratores Capitulorum, Doctores, & Licentiati locum habent, prout in Constantiensi, & Basileensi Concilijs habue-*

buerunt, *&* *tenuerunt*. Et *part.* 2. *eorumdem actorum* post aduentum Græcorum, quæ per collationes excepit Andreas de Sancta Cruce Patritius Romanus, & Apostolici Consistorii Aduocatus *collatione* 1. *sub num.* 3. *pag.*72. dicitur, *Summus Pontifex aderat mitra gemmata, ac sacris indutus vestibus, similiterquè Cardinalibus Episcopis, & Præsbyteris stantibus mitra dempta, quibus absquè ornamento albæ erant, Cardinalibusuè Diaconibus, Diaconorum vestibus, albaquè mitra, cæteris Patriarchis, Archiepiscopis, & Episcopis ornamento Cardinalium Episcoporum more consedentibus: Prothonotarijs, Correctore, in scabel-*
lo

lo per transuersum de dextera ad sinistram Ecclesiæ partem disposito, ordinatis, nobisuè Aduocatis nostro ordine ad eorum pedes in graduum summitate locatis; Auditoribus, Clericis Cameræ ad Pontificis pedes propè terram manentibus. Hic fuit Latinorum modus, ordo, formauè in prædicto Conuentu.

Quæ autem dicta sunt confirmantur, quià in Constantien. 5
si* *sess* 5. Ioannes XXIII. deputauit Aduocatos eiusdē Concilii Magistros Petrum de Ancharano vtriusquè Iuris, Simonem de Perusio Iuris ciuilis Raphaelem de Fulgosiis vtriusquè Iuris, & Ardecinum de Nouaria Iuris ciuilis Doctores, vt le-

legitur *tom. 7. Concil. Bimij part. 2. pag. 1002. circa medium*, & post electionem Martini V. constat eidem Concilio interfuisse Augustinum Lantes de Pisis Sacri Consistorii, ac Fisci Pontificii Aduocatum *sess. 42. in fine pag. 1116. sess. 44 post Decretum de loco futuri Concilij pag. 1118. & sess. 45. in absolutione eiusdem Concilij pag. 1119.*

Et quia in præasserto Floren-
6 tino * sub Eugenio IV. præsentes fuerunt decem Aduocati Consistoriales, nempè Sanctes de Viuianis, Antonius de Caffarellis, Andreas de Santa Cruce, Orlandus de Florentia nominati *part. 1. pag. 58.* Iustinus de Planca, Ioannes de Baron-

cel-


cellis, Geneſius de la Porta, Antonius de Roſellis, Angelus de Boncionis, & Bruno de Bononia expreſſi *pag. 62.*

In Lateranenſi * verò ſub Iu- 7
lio II. *ſeſſ.* 1. Paulus de Planca, Iuſtinus de Caroſijs, Angelus de Cæſis, Ioannes Baptiſta de Senis, & Melchior de Baldaſſinis vt legitur *tom. 9. Concil. Bimij pag. 23. col. 1.*

Ac demum in Tridentino * 8
Scipio Lancellottus, qui mox Rotæ Auditor, & S. R. E. Cardinalis creatus fuit, ſicut legitur *in Cathalogo Patrum poſt illud impreſſo Rubr. Doctores legum pro Sacro Concilio.*

De Iure Doctorandi.

CAPVT QVINTVM.



1 *STudium generale Iuris diuini, & humani debet esse vbicunquè est Romana Curia.*

2 *Studium generale Romanæ Curiæ non potest dici studium Vrbis vt Vrbis.*

3 *Curia Romana dicitur esse vbi Papa resìdet.*

4 *Studium generale Romanæ Curiæ est segregatum, & distinctum à studio generali Ci-*

ui-

uitatis, in qua residet Romana Curia.

5 *Studium Romanæ Curiæ repræsentatur per Collegium Aduocatorum Consistorialium.*


6 *Collegio Aduocatorum Consistorialium competit ius doctorandi in vtroquè Iure ex Pontificijs, & Imperialibus priuilegijs, & ex antiqua consuetudine priuatiuè quoad omnes per Constitutiones Iulij III. Sixti V. & Clementis VIII.*

7 *Facultas S. R. E. Cardinalis Camerarij, Gymnasiiquè Almæ Vrbis Cancellarij repræsentatur per Collegium Aduocatorum Consistorialium.*

8 *Collegium Aduocatorum Consistorialium confert lauream*

Doctoratus modica impensa sequentibus Romanam Curiam: pauperibus verò gratis & num. 9.



1  X.* c. 2. de Priuileg in 6. Indubium est apud Sedem Apostolicam vbicunquè fuerit Curia Romana, vigere studium generale Iuris Diuini, & Humani, videlicet Canonici, & Ciuilis, ideo statutum in Concilio Lugdunensi ab Innocentio Quarto Pontifice renunciato Anagniæ

8. Kalend. Iulii 1243. vt confluentes de diuersis Mundi partibus ad dictam Curiam quasi matrem, studendo proficerent, moraquè eisdem esset fructuosa, cui in Concilio Viennensi Clemens V. Pontifex electus Perusij nonis Iunij 1304. ad fidei propagationem inter infideles adiecit Scholas linguarum Hæbraicæ, Arabicæ, & Chaldææ prout *in Clem.* 1. *de Magistr.* glossaquè idem de Græca censuit *dicto V. Hebraicæ*, ex quo Græci hodiè sunt schismatici, quòd studium glos. prima *dicti c.* 2. negauit * posse dici Vrbis Romæ, vt Vrbis, cum sit Curiæ Romanæ, quæ non accipitur pro Ciuitate Romana, nisi qua- 2

tenus in ea ſit Curia, quam Regentes huiuſcemodi Studium omninò ſequi debent, adeo vt *in c. præſenti 34. de Præbendis*
3 illa * dicatur eſſe, vbi eſt Sedes Apoſtolica, hoc eſt vbi ipſe Papa reſidet, iuxta expoſitionem gloſſæ *in Extrauaganti execrabilis Ioannis* XXII. *V. Romanæ Eccleſiæ ſub verſ. facit De Præbend.* Speculat. *tit. De legato §. final. nu. 5. poſt medium verſ. cum tamen*, & Stephani de Gaeta *in can. ad limina 30. quæſt. 1. num. 2.* Quo circa ex dicto axiomate, quòd Curia Romana vbicunquè ſit habet Studium generale exæquandum aliis Studiis Regiis, Vitalin. infert *dicta Clem. 1. ſub num. 23. & 24. De Magiſtris*, quòd

quòd in Ciuitate Auenionensi, vbi tunc Curia Romana residebat, aderant duæ Vniuersitates discretæ inter se, nempè studium Ciuitatis Auenionensis regulandum quoad Doctores ibi actu legentes, & scholares studentes secundùm statuta Vniuersitatis eiusdem Ciuitatis, & studium* Romanæ Curiæ ab illo penitùs segregatum, quoad legentes, & audientes occasione, vel causa ipsius Curię, cuius separatam Vniuersitatem ipsi facerent, subdens, quòd si contingeret, Curiam Romanam residere in Ciuitate Parisiensi, Oxoniensi, Bononiensi, aut Salamantina, concursus Studii Curiæ Romanæ cum altero Studio 4

dictarum Ciuitatum, non diminueret prouisionem præfatæ Clem. quia non commiscentur simul, vt ratione loci iudicentur vnum dumtaxat, sed dicenda sunt duo Studia verè separata inter se.

Hoc autem studium Curiæ Romanæ, quod semper debet esse penès Sedem Apostolicam, idest vbi Summus Pontifex residet, sicquè Romæ tanquàm diuinitus electæ pro tali residen-
5 tia, Hoc * inquam Studium repræsentatur per Collegium Aduocatorum Consistorialium, quos propterea facere Vniuersitatem studii Romani asseruit Staphilæus *De Prærogatiuis expectantium Rubr. In studio gene-*

rali, an compræhendatur licentiatus sub nomine Doctoris num. 22. pag. mihi 243. Eademquè ratione * Collegio Aduocatorum Consistorialium diuersis priuilegiis, & ex antiqua consuetudine dicitur competere ius creandi Doctores, & conferendi insignia Doctoratus in vtroquè Iure tàm Cæsareo, quàm Pontificio à Vestrio *in Praxi lib. 2. cap.* 18. ibi. *Huic ordini innumera per Summos Pontifices, & Imperatores concessa sunt priuilegia, præsertim laurea Doctoris in vtroquè Iure, Cæsareo scilicet, & Pontificio doctos iuuenes ornandi,* Petro Gregor. Tholosan. *syntagm. Iuris lib. 49. cap. 6. nu.* 10. ibi, *quibus multa priuilegia* 6

in-

indulta ſunt, veluti laurea Doctoris in vtroquè Iure Cæſareo, & Pontificio ornandi, & Iulio III. *Conſtitutione* 16. §. 1 ibi, *Veſtro Collegio Doctores in vtroquè Iure Ciuili, & Canonico creandi, & illis inſignia conferendi ex diuerſis priuilegijs, & antiqua conſuetudine ius, facultas, & poteſtas*
7 *competunt, & in quibus * etiam poteſtas ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Camerarij, Gymnaſiiquè Almæ Vrbis noſtræ Cancellarij pro tempore exiſtentis repræſentatur*; quam facultatem creandi Doctores priuatiuè quoad omnes alios ampliſſimis clauſulis, ac decretis ibi munitam confirmauit, & innouauit Sixtus V. *Conſtitutione* 62. §. 4. quibus Rota coram Seraph.

raph. *decis.* 1271. censuit non fuisse derogatum per simile priuilegium Doctorandi ab eodem Sixto concessum Collegio Prothonotariorum *Constitutione* 12. adeò vt solum Collegium Aduocatorum Consistorialium illo frui debeat, quoniam si non fuit ei derogatum, debet absquè dubio remanere cum sua qualitate priuatiua quoad omnes alios, cuius quoquè decisionis mentionem fecerunt Cherubinus *in Compendio Bullarij ad dictam Constitutionem* 16. *Iulij III. Scholio* 1. *&* 2. *& ad dictam Constitutionem* 12. *Sixti V. scholio* 1. & Cohellius *De Notitia Cardinalatus cap.* 15. *Congregatione* 19. *pag.* 109. *vers.* *fa-*

facultatem creandi Doctores; Idemquè nouissimè in eiusdem Collegii Aduocatorum fauorem definiuit Clemens VIII. suis litteris plumbatis sub datum Romæ apud Sanctum Petrum Anno Incarnationis Dominicæ 1599. Nonò Idus Februarii, statuendo lege perpetuò valitura, & inuiolabiliter obseruanda, quòd scilicet de cætero perpetuis futuris temporibus præter ipsos Aduocatos Consistoriales nulla omninò alia persona cuiuscunquè dignitatis, status, gradus, conditionis, ordinis, præeminentiæ, nobilitatis, excellentiæ existens, ac quacunquè dignitate, & honore præfulgens, nullumquè præterea aliud Col-

le-

legium Romanæ Curiæ Offi-
cialium, & Notariorum de nu-
mero participantium huiuſmo-
di etiam vigore, ſeu prætextu
quorumcunquè priuilegiorum,
indultorum, licentiarum, fa-
cultatum, & litterarum Apoſto-
licarum, etiam Motu proprio,
ac de plenitudine poteſtatis, ac
etiam ex titulo oneroſo quibuſ-
cunquè perſonis, etiam cuiuſuis
dignitatis, gradus, & conditio-
nis exiſtentibus, etiam maximè
idoneis, & habilibus, gradum
Doctoratus, & licentiaturæ in
vtroquè, ſeu altero Iurium in
Curia Romana, & Vrbe, illius-
què diſtrictu conferre, eosquè
ad huiuſmodi gradum promo-
uere, Doctoratusquè, ſiue li-
cen-

centiaturæ insignia tradere, ac tales in Doctores, seù licentiatos creare possint, sed quòd munus, seù priuilegium, ac facultas creandi Doctores; seù licentiatos in vtroquè, seù altero Iurium, ac conferendi insignia Doctoratus, & licentiaturæ solummodo ad Collegium Aduocatorum huiusmodi priuatiuè quoad omnes alias personas cuiuscunquè status, & conditionis, ac omnia alia Collegia Officialium dictæ Curiæ, & Notariorum de numero participantium perpetuò spectet. Idemquè ratum habuit Vrbanus VIII. declarando, Prothonotariis licere quatuor tantùm singulis annis in Vrbe, eiusquè di-
stri-

ſtrictu Doctoratus laurea inſignire, & hos pauperes, ſine vlla mercede, aut præmii ſolutione, quod etiam refert Cohellius *de Notitia Cardinalatus cap. 18. pag. 202. verſ. quod autem*.

Vndè eliciuntur tria Notanda. Primum, quòd Collegium Aduocatorum Conſiſtorialium facit Vniuerſitatem Studii generalis Curiæ Romanæ exiſtentis apud Sedem Apoſtolicam. Secundum quòd ex antiqua conſuetudine, diuerſiſquè priuilegiis, tàm Imperialibus, quàm Pontificiis, facultas Doctorandi in vtroquè Iure, tàm Ciuili, quàm Canonico, in Ciuitate, ac Curia Romana ſemper fuit pe-

penès dictum Collegium. Tertium quòd in eodem fuit perpetuò ſtatuta, priuatiuè quoad omnes alios per dictas Conſtitutiones Iulii III. Sixti V. & Clementis VIII. Quibus duo ſubnectenda ſunt,
8 Alterum * inductum pro vtilitate, ac commodo Curialium, nè magnis impenſis grauentur in ſuſcipiendo lauream Doctoratus; nàm Staphilæus *dicta Rubr: in Studio generali an comprehendatur licentiatus ſub nomine Doctoris*, ait *num.* 21. *in fine cum ſeq. illos modico ſumptu, & non magna impenſa poſse doctorari per Collegium Aduocatorum, qui faciunt Vniuerſitatem Studij Romani*.
9 Alterum * patefaciens ſummam pie-

pietatem eiusdem Collegij, quia omnes pauperes cuiuscunquè Nationis gratis admittit ad lauream Doctoratus, si præuio examine idonei reperiantur.



De Iure transmittendi Officium, ac locum Aduocationis ad Liberos.

CAPVT SEXTVM.



1 *Filij Aduocatorum ceteroquin idonei admittendi sunt in eundem ordinem Aduocatorum tàm viuis,*

quàm mortuis parentibus.

2 *Extraneis, ac etiam supernumerarijs anteponendi.*

3 *Pater, & filij possunt esse eodem tempore de Collegio eiusdem Vniuersitatis.*

4 *Priuilegium hoc est indultum filijs propter parentes, quo simpliciter gaudere debent.*

5 *Filius Aduocati electi ad patrocinium Reip. idoneus eligi debet à Rep. ad idem patrocinium in locum patris deficientis.*

6 *Senatorum filij admissi fuere à Romanis in Curiam vnà cum Patribus.*

7 *Ius transmittendi locum ad lineam descendentium competit Aduocatis Consistorialibus*

de

de iure: ad lineam verò transuersalium non nisi ex gratià Principis.

8 *Aduocati Consistoriales, qui transmiserunt locum suum ad liberos.*

9 *Filij Aduocatorum Consistorialium admissi in Collegium non rumpunt numerum duodenarium Aduocatorum.*





VPERIVS dictum fuit, Collegium Aduocatorũ Consistorialium apud Summos Pontifices obtinere

locum , quem Collegium Centumquinquaginta Aduocatorum supremæ sedis Præfecti Prætorio olim obtinebat apud
1 Imperatores; quorum filii *, postquam legum doctrinam meruissent, tàm viuis; quàm mortuis parentibus, erant de iure admittendi in eundem or-
2 dinem, nec solùm * extraneis, sed supernumerariis quoquè anteponendi ad textus expressos *in l. iubemus 3. & l. petitiones 5. C. de Aduocat. diuers. Iudicum*, in vtraquè, ibi, *& filios Aduocatorum, vel adhuc in tali constitutorum officio, vel eorum, qui Fisci patronatum deposuerint, superstitum, vel mortuorum, extraneis ad idem officium accedenti-*

ti-

tibus anteponi, eiquè gratis, & sine sumptibus sociari, si & ipsi (prout dispositum est) solito tempore legum doctrinam meruerint; Sic etiam *in l. nemini* 11. & *l. petitionem* 13. *C. de Aduocatis diuers. Iudiciorum; prima quidem*, ibi, *filios autem Togatorum excellentiæ tuæ, qui nunc causas agunt, vel futuris temporibus actitauerint, cæteris supernumerarijs anteferri: altera verò*, ibi, *filios scilicet statutorum in locum deficientium supernumerarijs anteponendos;* Atquè ideò *in dicta l.nemini* adnotarunt Baldus *num.* 6. quòd filius Aduocati est magis honorandus, quàm ille, qui non est filius Aduocati, & est cæteris alijs paribus præferen-
 dus,

dus, Salycet. *sub num.* 9. quòd filij Doctorum Collegiatorum cœteris supernumerariis debent anteponi, & Roman. *num.* 7:
3 quòd Pater *, & filij possunt esse eodem tempore de Collegio eiusdem Vniuersitatis, primumquè dictum repetunt Bald. *num.* 2. & Salycet. *num.* 1. *&* 4. *vers. item*, vbi etiam Roman. *sub num.* 1. ait quòd filii Aduocatorum tàm viuentium, quàm deficientium debent aliis præferri, *&* *sub num.* 4. quòd filii Doctorum gaudent priuilegio, vt cæteris anteponantur, siue Parentes, viuant, siue non, siue sit finitum officium ipsorum, siue adhuc duret, qui pariter *in l. petitionem num.* 7. ponderata huius-

iusmodi antelatione, subdit, *&
hoc puto de iure procedere, siue
Parentes sint mortui, siue viuant,
nàm hoc * priuilegium est indul-* 4
*tum filijs propter parentes, &
ideo simpliciter hoc priuilegio gau-
dere debent*, & Barbos. *in Collect.
num* 8. inquit, obseruasse Do-
nellum *Comment. Iur. lib.* 18.
cap. 3. *col. vltima in fine* Petr. de
Gregorio *de concess. feudi part.*
1. *quæst.* 4. *num.* 8. & Valasc. *con-
sult.* 129. *num.* 13. quòd * si 5
Aduocati perpetuò electi in pa-
trocinium Reipublicæ dece-
dant, eorum filii superstites, ac
Doctores, potius eligendi sunt
ab ipsa Republica, quàm alii
extranei, addendo ex Petro Gre-
gor. Tholos. *syntag. Iuris lib.* 47.

cap.9. num. 23. vers. benè, Romanos * ideo Senatorum filios vnà cum Patribus in Curiam admisisse, vt exemplo parentis negotiis terminandis assisterent.

Hinc Vestrius *in Praxi lib. 2. cap. 18. De Aduocatis Consistorialibus num. 2.* recensendo priuilegia per Imperatores, ac Summos Pontifices concessa eorum ordini, dixit, *amplius, & locum parentis in ipso ordine ad filium Iurisperitum, & aliàs idoneum transmittendi, quod ad Nepotes etiam ex filio iure traduceretur. imò nostris temporibus ad fratrem, benignitate tamen Principis pro ea dumtaxat vice extensum fuit*, quibus sanè verbis

do-

docuit * id filiis, ac nepotibus ex 7
filio, ſicquè lineæ deſcendenti
competere de iure, lineæ autem
tranſuerſali nempè fratri, aut
eius filiis nonniſi ex gratia, &
benignitate ipſius Principis,
idemquè teſtatur Petrus Gregor.
Tholoſan. *Syntag. Iuris. lib.* 49.
cap. 6. num. 10. ibi *Item, & locum parentis ipſius ordinis in filios & nepotes idoneos, alioquin Iuriſperitos tranſmittendi*, quibus
adhærent Lælius Zecchius *de Republica Chriſtiana cap.* 17. &
Cherubinus *in Compendio Bullarij ad Conſtitutionem* 62. *Sixti V. ſcholio* 2. Quod præſenti, ac ſuperiori ſæculo obſeruatum * vi- 8
dimus in Coronato de Planca
filio Iuſtini de Planca, Pauloquè
de

de Planca filio dicti Coronati; Hieronymo Iustino de Castello filio Nicolai, & Petro Paulo filio eiusdem Hieronymi; Carolo Baldassino filio Melchiorris Neapolitani; Vincentio filio Fabiani de Monte Sauino patre Iulii III. Annibale Sanguineo filio Petri Pauli; Fabritio Gabriellio filio Antonii; Vespasiano Cæsio filio Angeli Romanis; Ioanne, ac Petro Aldobrandinis fratribus Clementis VIII. ac filiis Siluestri; Horatio Burghesio filio Marci Antonii, & fratre Pauli V. Mutio Vellio filio Antonii nobili Romano; Lælio Biscia filio Bernardini ad dignitatem Cardinalatus postea euecto per Vrbanum VIII. Bernardino Teo

filo

ﬁlo filio Sertorii Romani; Laurentio Pheo filio Iulii Hortani; R.P.D. Carolo Cerro, nunc Sacræ Rotæ Auditore meritiſſimo filio Antonii Papienſis; & Ioſepho Hortenſio fratre meo in ipſo adoleſcentiæ flore defuncto, ac me Iacobo Gregorio de Rubeis filiis Petri Franciſci Romani.

Quarè in ſtatutis antiquis eiuſdem Collegii, *fol. 4.* ità cauetur, *qui numerus duodecim intelligatur, prater quàm de filijs Aduocatorum, qui viuentibus parentibus admittuntur in Collegio ſeruatis ſeruandis, per quorum * admiſsionem declaramus* 9
non cenſeri rumpi numerum duodecim.

De

De Aduocationibus Pauperum, & Fisci.

CAPVT SEPTIMVM.



1 *Consistorium Pontificium suffectum fuit Consistorio Imperiali.*

2 *Reijcitur opinio Seraphini decis. 716. num. 14.*

3 *Aduocationes Fisci, & pauperum sunt dignitates Collegiales Aduocatorum Consistorialium.*

4 *Antiquior Aduocatus Consistorialis erat Aduocatus Fisci*

ſci Eccleſiaſtici.
5 *Verbum, eſt, præcisè importat veritatem ſubſtantiæ.*
6 *Fiſci Aduocatus eligitur ex numero Aduocatorum Conſiſtorialium.*
7 *Series Aduocatorum Fiſci Pontificij inſimul Conſiſtorialium à Bonifacio VIII. ad Petrum Franciſcum de Rubeis.*
8 *Vrbani VIII. laudes.*
9 *Pauperum Aduocatus ex ordine Aduocatorum Conſiſtorialium aſſumitur.*
10 *Series Aduocatorum Pauperum inſimul Conſiſtorialium ab Antonio de Roſellis ad Euſebium de Euſebijs.*
11 *Aduocatus Fiſci primò inſtitutus ab Adriano Imperatore.*

12 *Ipsius definitio.*

13 *Antiquitus eligebatur ex numero centumquinquaginta Aduocatorum Præfecti Prætorio.*

14 *Habet dignitatem adnexam cum insignibus priuilegiorum.*

15 *Inter clarissimos, spectabiles, ac illustres recensetur:*

16 *Connumeratur inter Consiliarios Principis.*

17 *Sedet in Senatu.*

18 *Gaudet omnibus priuilegijs Senatorum.*

19 *Liberatur à Curiali conditione cum liberis postea progenitis.*

20 *Exit à patria potestate.*

21 *Apud ipsum possunt fieri legitimationes, & manumissiones.*

Præ-

22 *Præcedit omnes Aduocatos licet antiquiores, & etiam Consiliarios nouiores.*

23 *Debet agere causas Fisci, suppeditando ius Procuratori Fiscali, & consilium,*

24 *Potest se introducere in omnibus causis criminalibus, pro suo interesse, quando irrogatur pœna Fiscalis.*

25 *Calphurnius Longinus diligens Aduocatus Fisci sub Antonino Imperatore.*

26 *Aduocatus Fisci debet tueri omnia Regalia Principis, & prosequi omnes lites pertinentes ad patrimonium, & Iurisdictionem Principis.*

27 *Dicitur repræsentare Principatum, & esse Curatorem Reip.*

Sen-

28 *Sententiæ latæ absente Aduocato Fisci, ipsoquè inaudito in causis, in quibus agitur de interesse Fisci, nullæ prorsus, ac irritæ sunt, & num. 29.*

30 *Lucra delata Fisco repudiari non possunt inconsulto Aduocato Fisci.*

31 *Aduocatus Fisci debet contradicere expressè, quando iustitia subuerteretur.*

32 *Modestè, & sine contentione debet se gerere, dum vota contra ipsius sententiam proferuntur.*

33 *Habet ius ferendi votum in omnibus causis, quibus interuenit ratione sui officij.*

34 *Appellatur socius Iudicis, ac fra-*

frater, quasi vnum corpus cum eo constituens.

35 *In quibus causis debet assistere.*

36 *In omnibus carcerum visitationibus adesse debet, causam Fisci pro veritate, ac iustitia tuendo.*

37 *Visitatio carcerum semel in mense fieri debet vltra solitam in hebdomada.*

38 *Aduocatus Fisci quomodò se gerere debeat ex Theodorici sanctione.*

39 *Aduocatus Fisci non debet subditos iniustè vexare, sed bonam fidem agnoscere, quoties ius Fisco non est.*

40 *Aduocati Fisci Pontificij habitus, & indulta.*

41 *Pauperum Aduocatus postutando laborat in Vinea Domini.*

42 *Aduocati pauperum primus institutor Traianus Imperator.*

43 *In quacunquè ciuitate debet eligi Aduocatus pauperum.*

44 *Ipsius munus ex constitutione Concilij Niceni primi.*

45 *Constituitur publicà impensà.*

46 *Pauperibus, & præcipuè carceratis debet patrocinium gratis præstare.*

47 *Quæ ad pauperum patrocinium, & defensionem gerere debeat Aduocatus pauperum à num. 47. vsque ad num. 58.*

Se-

59 *Sedet in Tribunali Cam. Apostolicæ supra Aduocatus Fisci cæteris paribus.*

60 *Solas pauperum causas in hoc Tribunali tenetur tueri aduersus Fiscum.*

61 *Habet votum consultiuum in Tribunali Cameræ.*

62 *In caussis ciuilibus grauioribus Cameræ Apostolicæ præstat suum patrocinium cum Aduocato Fisci.*

63 *A Reis diuitibus, quos defendit, poterit honorarium spontè oblatum accipere.*

64 *Officium Aduocati pauperum conceditur ad vitam.*

65 *Habitus ipsius qualis.*

66 *Habet exemptiones amplissimas.*

67 *Illi competunt omnia, quæ competunt Aduocato Fisci.*

68 *Habet facultatem interponendi decreta voluntariæ Iurisdictionis in contractibus minorum, & mulierum.*

69 *Delegatur illi iurisdictio à Visitatoribus Carcerum in causis Carceratorum.*

70 *Defendendo reum sanguinis non fit irregularis.*

71 *Admittitur ad audientiam Summi Pontificis quoties opus fuerit.*

72 *Aditus illi patet ad omnes Congregationes Criminales Tribunalium Vrbis.*

73 *Nulla causa tractatur in Congregationibus Criminalibus Aduocato pauperum inaudito.*

De-

74 *Debet certiorari de celeriori causarum grauiorum expeditione.*

75 *Commoneri debet de sententia capitali ferenda in reum pauperem ante illius prolationem.*

76 *Aduocati pauperum consilio plurimum deferunt loca pia Charitatis, & Pietatis Vrbis.*

77 *Pauperibus scripturæ omnes tàm publicæ, quàm priuatæ gratis præstari debent.*

78 *Testes pro paupertate probanda gratis examinari debent.*

79 *Claues Eleemosinarum prò Carceratis debent esse penès Aduocatum pauperum.*

80 *Hodiè manent apud Depu-*

tatos Charitatis, & Pietatis.

81 Capsulæ appensæ cratibus ferreis carcerum aperiuntur ab illorum domus magistro.

82 In Congregationibus super obseruatione Reformationis Pauli V. Aduocati pauperum, & Fisci habent votum decisiuum.

83 D. Ambrosius, & DD. Germanus, ac Lipardus inter Aduocatos Fisci connumerantur: sicut S. Iuo Collegij Aduocatorum Consistorialium Patronus, & S. Raymundus de Pennafort inter Aduocatos Pauperum vsquè ad num. 87.

Cum



VM ex dictis in primo capite manifestum sit Collegium Aduocatorum Consistorialium institutum fuisse à D. Gregorio sub nomine septem Defensorum Regionariorum, vt quicquid pro pauperum commodis à Summis Pontificibus illis iniunctum esset, incorruptè, ac viuaciter exequerentur, sicut habetur *in Epistola 25. ad Vincomalum lib. 4.* quod inde repetunt Baronius *Annal. tom. 8. Anno 598. pag. 118. sub vers. Ecclesiasticis vtilitatibus*; & Reuerendissimus Scannarolus *De Visitatione Car-*

ceratorum cap.3. sect.2. sub nu.4. ac etiam vt laborarent in Causis Ecclesiæ, & obsequij Pontificum iuxtà verba *Epistolæ* 17. eiusdem Gregorii *ad Bonifatium primum Defensorem lib.*7. Cuius quoquè meminit Baronius *loco præcitato sub vers.hoc pariter*, moneatquè Fulgos.*in sæpè citata l. binos.*10. *num.*1. *C. De Aduocatis diuers. Iudiciorum*, dictum Collegium apud Summos Pontifices in Curia Romana successisse loco Collegij centumquinquaginta Aduocatorum Præfecti Prætorio, nempè Consistorij Imperialis, de quo *in l.* 3. *C. de offic. diuers. Iudicum*, ibi, *quibus etiam Consistorium nostrum ingrediendi facultas præbetur*, &

in

in §. 1. *auth. vt litigantes iurent in exordio litis*, ibi, *hæc autem seruari præcipimus & in sacro nostro Consistorio, quando Consultationes* (idest, lites iuxtà expositionem glossæ) *intromittuntur, vt sub præsentià Sacri Senatus memorata sacramenta præstentur* repetita *in Authent Principales vers. sed si in Sacro C. de Iure Iurand.* Cui * Consistorio 1
Imperiali Cagnol. *in l. final. nu. 6. vers. Illi Aduocati C. de Pactis*, censuit suffectum esse Consistorium Pontificium; fatendum profectò est non * pos- 2
se substineri suppositum *in decis.* Seraphini 716. *num.* 14. quòd Aduocationes Fisci, & Pauperum non sint Dignitates

Col-

2 Collegiales respectu Aduocatorum Consistorialium, licet semper vni, ex illis conferri consueuerint; Nam * præmissa con-
3 trarium manifestè euincunt in vtràquè Aduocatione.

Quod etiam in Fiscali comprobant bina Rescripta Imperatorum directa Præfectis Prætorio, quorum supremæ Sedi, hoc est Imperiali Consistorio tunc dictus ordo numeratus centum, quinquaginta Aduocatorum addictus erat; Vnum scilicet *in præallegata l. Binos* ità conceptum, *Binos, qui priores in sui culminis sede inueniuntur ad patronatum Fisci, singulis quibusquè annis accedere, paribus dignitatis, & priuilegiorum insi-*

gni-

gnibus ambiendos decernimus, quibus antehac vtebatur is, qui ſolus Fiſci creabatur Patronus; Ex quo *ibidem* aſſeruit Fulgoſ. deſcendere quod ſeruatur in Curia Romana, Nam * antiquior Aduocatus Conſiſtorialis eſt Aduocatus Fiſci Eccleſiaſtici; 4
ponderanda quippè videtur in doles dicti verbi, eſt, quæ * præcisè ſignificat veritatem ſubſtantiæ ſecundùm Bald. *conſ.* 374. *paulò poſt medium verſ. & ideo vol.* 1. Iaſon. *in l. ſerui electione* 5. §. 1. *num.* 25. *De legat.* 1. & Rebuff. *in l. rectè dicimus* 25. *verſ. ſecundò gloſſa ff. de verb. ſignificat.* Alterum *in l. laudabile* 4. *C. De Aduocatis diuerſ. Iudicum* magnificè promul- 5

mulgatum in hæc verba, *laudabile, vitæquè hominum necessarium Aduocationis officium, maximè principalibus præmijs oportet remunerari, ideoquè iubemus viros clarissimos Fisci pro tempore patronos fori tuæ Celsitudinis solemni die festiuitatis Kalendarum Ianuariarum ipsius tantummodò anni, per quem tale peragunt officium, inter spectabiles sacri nostri Consistorij Comites diuina nostræ serenitatis manu punctos consequi solatia.*

Testatiquè sunt agentes in specie de Aduocato Fisci Pontificii Vestrius *in praxi lib. 2. cap. 8. in fine*, ibi, *Is vtiquè est eiusdem Consistorialis ordinis*, Reuerendissimus Scannarolus *De Vi-*

Visitat. Carcerator. lib. 1. *cap.* 4. ibi, *postea Romæ sedentibus Pontificibus ab ipsis eligitur ex ordine Aduocatorum Consistorialium*. Iacob. Cohellius *De Notitia Cardinalatus cap.* 45. *sub vers. & quoniam*, ibi, *sed hodie perpetuum est, & Aduocatorum Consistorialium ordinis*, & Io. Ludouicus Gothofredus *in Anonthologia Cosmica lib.* 1. *tit. De Terris, & Dominijs Pontificis Romani Rubr. modus, & forma Dominij nostri temporis num.* 38. *pag.* 25. *col.* 2. *post medium*, ibi, *est & alius Aduocatus, qui defendit causas Fisci &c.* Is au- 6
tem * Aduocatus est de numero, & ordine Aduocatorum Consistorialium, quales profectò fue-

runt

7 runt * Boniſatius VIII. quem ſumma cum laude vtriuſquè Aduocationis officium in Romana Curia geſſiſſe teſtatur Clemens V. in edicto, quod aduerſus perſequentes famam dicti Pontificis propoſuit Auenioni Idibus Septembris Pontificatus ſui Anno 4. ſcilicet 1308. Boniſatius Vitalinus, qui *in Clemen. dudum num. 9. de Iudicijs* aſſerit, ſe talem fuiſſe tempore Clementis VI. aſſumpti in Pontificem Anno 1342. Iacobus de Seſſis ſeù Ceſſa; ſub Gregorio XI. euecto ad Pontificatum Anno 1370. cuius meminit Bellamer. *conſ. 26. num. 12. verſ. Bonifatius de Amantis*; Simeon de Peruſia electus ab Alexandro

V.

V. creato in Concilio Pisano anno 1409. Augustinus Lantes de Pisis nominatus in Concilio Constantiensi *sess.* 44. *in fine*, & 45. ac *in litteris* Martini V. *datis Constantiæ* 2. *Kalend. Ianuarij Pont. sui anno* 1. nempè 1417. *registratis lib.* 1. *officiorum eiusdem Pontificis fol.* 1. *à tergo*, Et tàm superior quàm nostra ætas continuata serie obseruatum vidit in Ioanne Baroncello, Andrea SanctaCrucio Patritiis Romanis, primiquè meminit Platina *In Vita Calixti III.* ibi, *miserat & ad vtrumquè Pontifex Ioannem Baroncellum, & Lælium de Valle Aduocatos Consistoriales, qui pacem inter eos componerent*: Secundi autem

in

in vita Pauli II. ibi, *Alter Aduocatus Andreas Sanctæ Crucis,* cuius quoquè mentio fit à Pio II. *in suis Comment. lib.* 4. ibi, *Romanorum Legati in itinere occurrerunt Pontificis reditum oraturi quatuor viri diserti, quorum duo Iureconsulti fuere, & Sac. Consistorij Aduocati Antonius Caffarellus, & Andreas Sanctæ Crucis &c.* Ioachino de Narnia, Andrea Bentio Senensi, Iustino Carosio, & Vespasiano Cæsio filio Angeli, Germanoquè fratre Cardinalium Pauli, & Federici, quorum mentio habetur *decis.* 8. *Mohed.* primi quidem *in principio,* alterius *num.* 7. *in fine de Præbendis* ; Antonio Gabrielio Romano, qui laudatissi-
mum

mum opus Conclusionum Iuris composuit; Siluestro Aldobrandino Florentino Patre Clementis Octaui, Ioannis Cardinalis, & infrascripti Petri; Onuphrio Camaiano Aretino, qui postmodum effectus fuit Præses Cameræ Apostolicæ; Petro Aldobrandino filio dicti Siluestri, à quo genitus fuit alter Petrus Cardinalis; Horatio Burghesio filio Marci Antonii Senensis, Consistorialis, ac pauperum Aduocati, germanoquè fratre Pauli V. qui à Sixto V. relatus inter Referendarios vtriusquè Signaturæ Aduocationem Consistorialem, & Fiscalem insimul retinuit, eis solùm dimissis, quando fuit ab eodem Pontifi-

ce electus Generalis Auditor Causarum Cameræ Apostolicæ, in quo munere frater illi prædefuncto successit sedente Gregorio XIV. Tiberio Cerasio Romano ascito postmodum à Clemente VIII. ad officium Thesaurarii Generalis; Paulo Coperchio Tullij filio Sabino, qui adlectus inter Aduocatos Consistoriales officium Commissarii generalis Cameræ Apostolicæ dimisit, vt Aduocationem Fisci, & Cameræ Apostolicæ obtineret; Ioanne Baptista Spada Seniore, ac Iuniore Patritiis Lucensibus, quorum Primus, vti Clarissimum Iurisprudentiæ sydus Romana in Curia effulsit maximæ existimationis apud

tres

tres ſapientiſsimos Pontifices Clementem VIII. Paulum V. & Gregorium XV. quo ſedente ad immortalem vitam euocatus non interituram penès mortales ſui memoriam reliquit; Alter per honorum gradus, tàm in foro Romano, ac Palatio Apoſtolico, quàm in Prouinciali regimine totius Flaminiæ ſumma cum laude obitos, è Patriarchatu Conſtantinopolitano ad purpuram elatus fuit ab Innocentio X. Antonio Cerro Papienſi vtriuſquè Signaturæ Referendario, & Aduocato, reipſa inter omnes Clariſsimo, ac diſertiſsimo; cui defuncto
Vrbanus VIII. * Princeps om- 8
nium ſcientiarum numero ab-

ſolutiſsimus, nulliquè in ſupremi Sacerdotii, ac Principatus adminiſtratione ſecundus ſuis litteris datis die decima Maij 1642. ſuffecit Petrum Franciſcum de Rubeis Romanum Genitorem meum, filium Hortenſii olim Cameræ Apoſtolicæ Commiſſarii generalis, vtpotè familiari experientia cognitum, & tanquàm eius familiarem, non ſolùm in Fiſci, & Cameræ Apoſtolicæ Aduocatione: ſed etiam in Referendariatu vtriuſquè Signaturæ, cæterisquè muneribus publicis.

9 In Pauperum * verò Aduocatione confirmant Verba Pii II. *in Apologet. ad Martinum Mayer*, ibi, *& Aduocatorum no-*

nobilis ordo &c. quorum qui senior est, Pauperum Aduocatus appellatur, Pauli IV. *in Constitutione vltima Bullar. veter. tom.* 1. ibi. *Primò videlicet Aduocato Pauperum, qui cum ex Aduocatis Consistorialibus eligi, & in Camera nostra Apostolica sedere consueuit*, ac Pii V. *in motu proprio edito super Patrocinio pauperibus præstando* impresso per Reuerendissimum Scannarolum *in Appendice ad eius trac. de Visitatione Carceratorum pag. 6. & 7.* & superiùs relato *c. 1. n. 28.* ibi, *licet ad defensionem pauperum &c. ab antiquo constitutum sit officium Aduocati Pauperum nuncupati, qui ex Collegio duodecim Aulæ nostræ Consistorialis Aduocatorum*

sumi consueuit; Et clausula solita inseri litteris concessionis dictæ Aduocationis, nempè *officium Aduocati Pauperum, quod vni ex Aduocatis Aulæ nostræ Consistorialis conferri consueuit*, quod propterea Scannarolus inde testatur *dicto cap. 3. sect. 2. num. 2. sub vers. habeatur, vbi sub num. 1. & seq.* tanquàm certum, ac indubitatum profert, *quòd Aduocatus pauperum antiquitùs ex Collegio Aduocatorum Aulæ Consistorialis desumi consueuit*, itidemquè Cohellius *de Notitia Cardinalatus cap. 44.* dixit, *huius Aduocati munus ab immemorabili tempore residere in Collegio Aduocatorum Consistorialium*; Tales autem ex dictis

Ad-

Aduocatis fuiſſe conſtat * Antonium de Roſellis Aretinum, vt liquet ex propria illius ſubſcriptione in calce *conſ*. 445. *Pauli de Caſtro part*. 1. Lælium de Valle Patritium Romanum, cuius Patrocinium in Arce Sancti Angeli coram Paulo II. ſe expertum fuiſſe teſtatur Platina *in vita dicti* Pontificis, ibi; *ſolus autem inter omnes Lælius de Valle Romanus Ciuis, & Aduocatus Conſiſtorialis noſtram cauſam liberè tutatus eſt, confutans omnia, quæ à Leonardo dicta erant, quæquè partim affirmauerat alter Aduocatus Andreas Sanctæ Crucis, qui tanquàm Aduocatus Fiſci eius partes tutatus fuerat*, dequè illo etiam meminit *in* 10

vita Callixti III. verbis ſuperiùs relatis; Melchiorrem Baldaſsinum Neapolitanum ſepultum in Sacello D. Monicæ apud Eccleſiam Sancti Auguſtini de Vrbe; Franciſcum Gerona Patauinum; Ioannem Aloyſium Aragonia Romanum, de quo *in Reſolut. 23. Hieronymi de Federicis impreſſa post ſecundum vol. conſ. Farinac.* Marcum Antonium Burgheſium Senenſem patrem Pauli V. cuius expreſſa mentio fit *in præallegato Motu Proprio Pij V.* Octauianum Veſtrium Barbianum ex Comitibus Curii Imolenſis Ciuem Romanum; Laurentium Campegium Bononienſem, mox Epiſcopum Ceruiæ, Nuntiumquè

Apo-

Apostolicæ Sedis primùm in Regno Neapolitano, deinceps Venetiis; Hieronymum de Bobus Bononiensem postea Episcopum Camerini; Sigismundum Zannetinum etiam Bononiensem, deindè promotum ad Archiepiscopatum Firmanum; Cæsarem Marsilium pariter Bononiensem; Rutilium Alterium Patritium Romanum; Thomam Lapium Florentinum, quem Clemens VIII. vtriusquè Signaturæ Referendarium declaratum assumpsit in Locumtenentem A. C. retenta vtràquè Aduocatione Consistoriali, & Pauperum, quam iussit exerceri prius per Ioannem Baptistam Spadam seniorem,

eoquè ad Fiſci Aduocationem aſcito per Iulium Benignum; donec eundem creauit Epiſcopum Fanenſem, & in pauperum Aduocatum elegit ipſum Iulium Benignum Romanum, cui iam ſeni promoto ad Archiepiſcopatum Theſſalonicenſem, vnà cum retentione vtriuſquè Aduocationis Gregorius XV. coadiutorem in illa pauperum dedit Franciſcum Cultellum Bononienſem, Vrbanus verò VIII. ab ipſo Benigno liberè ceſſo titulo officii, in eo ſubſtituit Ioſephum Baylam Pedemontanum è Ciuitate Montis Regalis, & hoc defuncto Innocentius X. Pauperum Aduocatum dixit Carolum Gualterium

rium Ciuem Vrbeuetanum, ac Romanum, quem priùs vtriusquè Signaturæ Referendarium pronunciatum cum retentione vtriusquè Aduocationis, Sacra Cardinalatus purpura postmodum ob eius eximias virtutes, ac insignia merita decorauit, addito Archiepiscopatu Firmano, & Aduocationem pauperum concessit D. Eusebio de Eusebijs Reatino, qui nunc eam summa cum pietate, animiquè sollicitudine administrat.

Et sanè Aduocatus Fisci, quem dicunt * institutum fuisse 11
ab Adriano Imperatore Lælius Spartianus *in eius vita*, Chassanæus *in Cathalogo gloriæ Mundi parte 7. consider. 33. vers. Aduo-*

uocatus, Budæus *in Annotationibus ad Pandectas ad l. fin. ff. De offic. Quæst. part. 1. pag. 241.* Brissonius *lib. 3. antiquitatum cap. 21.* Baronius *Annal. tom. 2. Anno 134. littera*, E, *pag. 90.* Cuiacius *in adnotatis ad l. 3. §. Diuus ff. de Iure Fisci*, Rebuff. *super concordatis tit. De electionis derogatione V. Regium Aduocatum vers. Aduocatus quidem Fisci*, Petrus Gregor. Tholosan. *Syntag. Iur. lib. 49. cap. 7. num. 5.* Grauat. *ad Vestrium dicto lib. 2. cap. 8. num. 2.* Gartias *de Nobilitate glos. 3. num. 17.* Peregr. *de Iure Fisci lib. 7. tit. 2. num. 1. vers. Hadrianus, ac 13. vers. & Lucius*, Mastrillus *de Magistrati lib. 5. cap. 9. num. 64.* Ioannes

de

de Escobar *de Puritate part.* 2. *quæst.* 8. *num.* 11. Muta *in Constit. Regni Siciliæ tom.* 1. *tit.* 5. *num.* 1. Franciscus de Alfaro *De Officio Fiscalis glos.* 9. *num.* 30. Fr. de Amaya *In Comment. ad l. final. cap.* 3. *num.* 4. *C. de Decurionibus lib.* 10. repræhendens Leuin. Terrent. ad Sueton. *in vita Claudij cap.* 12. hoc tribuentem Alexandro Seuero, Larræa *tom.* 1. *Allegat. Fiscal.* 13. *num.* 1. Cohellius *de Notitia Cardinalatus cap.* 45. *vers. &* *hoc*, & Reuerendissimus Scannarolus *De Visitat. Carcer. lib.* 1. *cap.* 4. *num.* 1. Definitur ab Alfaro *dicta glos.* 9. *num.* 23. *in fine cum seq.* esse * illum, qui su- 12
premi Principis negotia, siue ad

rem,

rem, vel patrimonium, siue ad Iustitiæ complementum pertinentia in Iudicio, hoc est in supremis Consiliis, vel Tribunalibus defendit.

13 Florente verò * sub Cęsaribus Imperio eligebatur Romæ ex supradicto numero centumquinquaginta Aduocatorum Præfecti Pretorio, sicut apertissimè probant leges congestæ à Collegio Argentoratense. *Pandectarum Vniuersi Iuris lib. 3. tit. 1. sub Rubrica de Aduocato Fisci num.* 50. Prior nempè eorum in tempore *sæpè citata l. binos.* 10. *C. de Aduocat. diuers Iudic.* scilicet Decanus eiusdem ordinis iuxtà expositionem Amayæ *dicto cap. 3. num. 6. vers. & ad* il-

illud, quia præsumebatur cæteris præstantior, vt Bald. *ibidem* inquit, ex eoquè repetunt Peregr. *dicto tit. 2. num. 12.* & Alfarus *de officio Fiscalis glos. 31. num. 5. vers. sine delectu*. Sub Pontificibus autem eligi consueuit vt supra ex Collegio Aduocatorum Consistorialium.

Habuitquè semper, * & habet intuitu muneris sui annexam dignitatem cum insignibus priuilegiorum, sicut ex verbis *dictæ l. binos* notant Bald. & Angel: *ibi num. 1.* ac Peregr. *dicto tit. 2. num. 15. in princip.* idquè etiam latè prosequuntur Larræa *dicta Allegat. 1. à num: 25. vsquè in finem*, & Amaya *dicta l. final. cap. 3. ex nu. 22.* 14

Qua-

15 Quarè * inter Clarissimos recensetur *in l.* 1. *l. laudabile* 4. *& l. restituendæ* 6. *C. de Aduocat. diuers. Iudic.* idemquè testantur Peregr. *dicto num.* 15. *vers. & Clarissimus*, Mastrillus *de Magistrat. lib.* 5. *cap.* 8. *num.* 70. Gabriel Berart. *in speculo Visitatorum cap.* 12. *num.* 2. Larræa *dicta allegat.* 1. *num.* 25. *vers. Clarissimus*. Spectabilis appellatur *in l. in sacris scriniis* 12. §. *modum C. de Proximis Sacror. scriniior. lib.* 12., *&* §. *vetus in fine Auth. de Iudicibus*, quod pariter obseruarunt Mastrill. *dicto cap.* 8. *num.* 72. Berart. *dicto nu.* 2. *circa medium*, & Larræa *in præcitata allegat. num.* 25. *vers. nominatur*. Dicilurquè Illustris

à Chassanæo *dicta considerat.* 33. Peregr. *dicto num.* 15. *vers. vt etiam*, Alfaro *dicta glos.* 31. *nu.* 1. *post medium vers. Illustri*, Muta *dicto tit.* 5. *num* 6. *vers & Illustri*. Quos titulos Clarissimi, Spectabilis, & Illustris non nisi magnis dignitatibus, quales erant Consulum, Præfectorum, Præsidum, & Senatorum concedi consueuisse ponderat ad decus Aduocati Fisci Amaya *dicta l. final. cap.* 3. *num.* 8. *vers. quapropter*, eorumquè etiam meminit Reuerendissimus Scannarolus *dicto cap.* 4. *num.* 6.

Cumquè *in l. olim* 11. *C. Theodosiano de Palatinis Sacrarum largitionum*, statutum fuerit, vt nullus vltrà definitas dignitates,

nequè annonas, nequè ſtrenas perciperet, ea ſcilicet dona,quæ Imperatores Kalendis Ianuarij manu ſua diſtribuere ſolebant in Viros ſpectabiles; ad huiuſmodi honorem admiſſum quoquè fuiſſe Aduocatum Fiſci probat *tex.in d.l.laudabile* 4. *C. De Aduocat.diuerſ. Iudic.*ibi, *Iubemus Viros Clariſſimos Fiſci pro tempore patronos fori tuæ celſitudinis ſolemni die feſtiuitatis Kalendarum Ianuariarum inter ſpectabiles Sacri Conſiſtorij Comites diuinæ noſtræ ſerenitatis manu punctos conſequi ſolatia*. quod latiùs explicat, & confirmat Amaya *in præcitata l.final.cap.3. ex num.9.vſquè ad* 16. ex hoc
16 interens * *num.*11 connumerari
in-

inter Consiliarios Principis, cum quibus de grauioribus Reipublicæ negotijs ille cognoscit.

Ideoquè pluribus cumulatis Larræa asseuerat *d. num.* 25. quòd * sedet in Senatu, gaudetque * omnibus priuilegiis, & 17
prærogatiuis, quibus gaudent 18
Senatores, inferendo, quòd non solùm vtitur eàdem togà, sed habet etiam puluinar ad pedes illis permissum, idem latè comprobans *num.* 29. qua ratione priùs dixerunt Mastrill. *d. cap.* 8. *num.* 73. & Berart. *dicto num.* 2. *post medium vers. & sedem*, nouissimèquè repetit Reuerendissimus Scannarolus *dicto cap.* 4. *num.* 7. quòd de iure sedet coram Principe, cui etiam sin-

gulis annis poterat duos homines in domesticos offerre, alterum peditem, alterum equitem, qui eius purpuram adorarent, hoc est præsentialiter assisterent ipsi Principi, vt cauetur *in dicta l. restituendæ 6. §. licentiam C. De Aduocat. Diuers. Iudicum* declarata per Amayam *dicto cap. 3. num. 17.* vbi etiam in principio asseritur, *quòd annuatim ab Imperiali liberalitate consequebatur summam librarum sexaginta auri*; adiiciturquè *in l. post duos 15. vers. his quoquè C. De Aduocat. Diuers. Iudiciorum, vt si quis patroni Fisci adeptus gradum fatalem diem obierit, vniuersa totius anni solatia, ex quo idem officium peragere cæpe-*

perit, ad hæredes, seu successores suos, siue liberi, siue extranei fuerint, transmittendi, tàm ex testamento, quàm ab intestato liberam habeat facultatem, quod asseritur etiam *in l. iubemus* 3. *ac l. petitiones* 5. *vtrobiquè sub versf. vt autem ij C. De Aduocat. Diuersf. Iudicum.*

Quin etiam * cum liberis, ac 19
totà eius substantià liberatur, à Curiali conditione, nè Curiæ, ac eius oneribus sint àmplius obnoxii *l.* 2. *C. de Aduocat. Diuersf. Iudicum, & l. final. C. de Decurionibus lib.* 10. ibi, *quam viri eloquentissimi Fisci patroni nexibus Curiæ liberantur, cùm ad Fisci patronatum peruenerint, vnà cum substantijs, & liberis*

suis, idest postea progenitis, sicut *ibidem* subditur *in vers. ex æuo*; quod pro maximæ dignitatis argumento ponderat Amaya *dicta l. final. cap. 3. num. 18. vers. sed præcipuum*; & ex hoc asserunt Neapoli die 14. Ianuarii 1580. decisum fuisse, quòd Aduocatus Fisci sit de iure immunis, ac liber ab omnibus functionibus Fiscalibus, & præstationibus debitis ex bonis eidem obuentis etiam causa dotis. Tassonus *in pragm. Anteplati vers. tertiò, obseru. 3. num. 146. pag. 132.* ac Thorus *in Compend. Decis. Neapol. tom. 1. V. Aduocatus Fiscalis pag. 8.* Et quia etiam *in* §. *propterea Auth. Constitutio quæ de Digni-*

tatibus generaliter ſancitur, vt omnis dignitas valens à Curia liberare, hoc etiam ſuæ poteſtatis præmium honoratis præſtet, vt eoſdem liberet à patria poteſtate, rectè inquit Alſatus *dicta gloſ.* 31. *num.* 11. Aduocatum * Fiſci ob ſuæ dignitatis 20
prærogatiuam eximi à nexibus patriæ poteſtatis; qua dignitate inſpecta etiam apud Fiſci Aduocatum * legitimari poſſunt fi- 2
lii, ac ſerui manumitti iuxtà claram diſpoſitionem *dictæ l. laudabile* 4. §. *quoties*, & §. *his inſuper C. de Aduocat. diuerſ. Iudicum*, quæ omnia repetit Reuerendiſſimus Scannarolus *dicto cap.* 4 *ſub num.* 7.

Nequè ſolùm * ratione digni- 22

tatis præcedit omnes Aduocatos, licet antiquiores Grauat. *ad Vestr. dicto cap. 8. num. 4.* Peregr. *dicto num. 15. post medium vers. & Aduocatus Fisci*, Alfarus *dicta glos. 31. num. 6. vers. & Aduocatus, ac num. 12.* sed Consiliarios etiam nouiores, quemadmodum ex Rubeo Alex. *cons. 86. num. 1.* notant Peregr. *dicto num. 15. ante medium vers. & plura*, Larræa *dicta allegat. 1. sub fine num. 27.* & Reuerendissimus Scannarolus *dicto cap. 4. num. 7. vers. præcedit.*

Habetquè plurima alia specialia supposita *in l. cum Aduocatio 8. l. sancimus 12. in fine, l. petitionem 13. vers. quando autem, l. post duos 15. vers. quibus*

Fiſci patroni & l. ad ſimilitudinem 16. ſub fine C. De Aduocat. diuerſ. Iudiciorum l. Iubemus 3. & l. petitiones 5. in vtraquè verſ. vt autem ij, l. laudabile 4. propè finem verſ. alijs nihilominus priuilegijs, & l. reſtituendæ 6. ante finem verſ. alijs etiam priuilegijs C. de Aduocat. diuerſ. Iudicum, & ſimilibus, quæ recenſent Io. Gartias *de Nobilitate gloſ. 3. in princ. & gloſ. 35. num: 41.* Peregr. *ſub præcit. num. 15.* Amaya *dicto cap. 3. num. 5. vſquè in finem*, & Larræa *dicta allegat. 1. per totam*.

Illius officium in eo præcipuè conſiſtit, vt cauſas Fiſci agat *l. 1. C. De Aduocat. Fiſci*, etiam illas, quæ à delatoribus 23

nun-

nunciatæ sunt *l. post legatum* 5. §.
Aduocatum Fisci ff. de his, qui-
bus vt indign. l. omnes. 5. C. De
Delatoribus lib. 10. Hotomannus *Comment. Verbor. Iuris*, ac
Pratæius *in Lexicon. V. Patronus*
Fisci, vers. eius autem annuus,
suppeditando nempè ius Procuratori Fiscali, eumquè consilio
iuuando iuxtà declarationem
Collegii Argentoratensis *Pan-*
dect. lib. 3. tit. 1. num. 49. in fine
iuncto num. 51. amplexam à Re-
uerendissimo Scannarolo *dicto*
cap. 4. sub num. 8. ac propterea
inquiunt Mastrill. *decis.* 207. *&*
23 214. & Larræa *dicta Allegat.* 1.
24 *num.* 9. posse * introducere se
in omnibus causis criminali-
bus, etiam vbi pars prosequere-
tur

tur litem pro suo interesse, quando irrogatur pœna Fiscalis, sicut reiecta oppositione Gartiæ *dicta glos. 5. num. 27.* tenent Guttierez *Pract. quæst. lib. 3. quæst. 21. num. 17.* & Altarus *de officio Fiscalis glos. 17. num. 4. cum seq. ac 17.* Quare dicitur *in l. final. C. De Aduocato Fisci*, quòd diligenter, ac sollicitè prosequi debet omnia commoda Fiscalia, *& in l. final. C. de Bonis vacantib. lib. 10.* plurimùm cauere, ne sui vitio Fiscus aliquod detrimentum patiatur, & ad huiusmodi finem subtiliter inducere, & allegare omnes rationes facientes pro parte Fisci, sicut induxit* Calphurnius Lon- 25
ginus Aduocatus Fisci imperante

te Antonino Imperatore *in l. proximè ff. de his quæ in Testam. delentur* vt ponderant Berart. *dicto cap. 12. num. 7. vers. subtiliterquè*, & Reuerendissimus Scannarolus *dicto cap. 4. num. 8. vers. propterea cum seq.*

26 Pariterque sui * muneris est vt defendat, ac tueatur omnia Regalia Principis Mastrill. *dicto cap. 8. num 83.* Berart. *dicto cap. 12. num. 7.* Larræa alios cumulans *dicta allegat. 1. num. 8.* & Reuerendissimus Scannarolus *dicto cap. 4. num. 8. vers. vt tueatur*, inferendo eum Alfaro *dicta glos. 9. num. 33.* quòd tenetur prosequi omnes lites pertinentes ad Patrimonium, & Iurisdictionem Principis, & sic etiam

etiam confinium, quia sunt de pertinentibns ad illam.

Cumquè officium Aduocati Fisci institutum sit, vt supra, ad tutelam ærarii, & Regalium Principatus, salutisquè publicæ, vt consulat, defendat, dirigat; suisquè studijs, & laboribus ad bonum exitum perducat omnia negotia ipsius Principis, ac Principatus, ex adnotatis per Larræam *dicta alleg.* 1. *num.* 11. *cum seq.* rectè dicitur * repræsentare 27
Principatum, ac esse Curatorem Reipublicæ *l. si pater tuus* 7. *ne de statu Defunctorum l. curator* 3 *C. de modo mulctarum l. procuratores* 30. *C. De Decurionibus lib.* 10. quæ iura ad hoc perpendit Larræa *dicta alleg.* 11

num.

num. 26. inde arguendo, quòd licet repræsentatio Principis Collegialiter fiat in toto Senatu, peculiariter tamen fit in solo Aduocato Fisci.

Debet ergò iure proprio sui muneris interuenire in omnibus, ac singulis causis, in quibus quomodolibet, & qualitercumquè agitur de interesse Principis, seù Fisci, adeout sine ejus præsentia nequeant expediri, &
28 sententiæ * latæ illo absente, & inaudito prorsus nullæ, ac irritæ sint, *l. non intelligitur* 3. *§. Diuus, & l. si filius.* 7. *ff. de Iure Fisci l.* 2. *C. si aduersus Fiscum*. Io. Garcias *d. glos.* 3. *in principio, ac n.* 12. *&* 13, Peregr. *d. tit.* 2. *num.* 2. Mastrill. *d. cap.* 8. *num.* 78. Berart. *d.*

cap.

cap.12.num.12. Alfar. *glos.16. tit. de Fisco agente Priuileg.65. num.210.& glos.18.de Fisco defendente Priuileg.8.num.15.* Larræa *dicta allegat.1.n.18. vers.in Causa Fiscali*, quod dicunt etiam procedere in Causis Priuatorum, quibus Fiscus assistit. Cabedo *decis.119.num.5.part.2.* Mastrill. *dict. cap.8.num.79.* Berart. *dicto num.11 vers. vbi amplìat*; Hinc cauetur *in l.Rationales 4. iuncta glossa C. De Aduocat.Fisci*, quòd * Procurator Cæsaris, & Rationales rei priuatæ, causis, vel sacris ærariis præsidentes, suscipere, & cognoscere debent causas vertentes inter Fiscum, & priuatum præsente Aduocato Fisci; aliàs eorum 29

rum

rum ſententia reſcinditur, eiuſ-
demquè rei meminit etiam Re-
uerendiſsimus Scannarolus *di-*
30 *cto cap. 4. ſub num. 11.* Imò *
nec illo inconſulto poſſunt re-
pudiari lucra delata Fiſco *l. 1. C.*
de Repudiatione Bonorum poſſeſſ.
Peregr. *dicto tit. 2. num. 2. verſ.*
& præterea Alſarus *dicta gloſ. 16*
de Fiſco agente Priuileg. 66. num.
212. Reuerendiſsimus Scanna-
rolus *dicto cap. 4. num. 13.*

Nec ſolùm debet intereſſe propoſitioni, ac diſcuſſioni cauſæ, ſed etiam quando porriguntur vota, euidenti ratione, quam poſt Iacob. Calicium *in Margarita Fiſci in præfatione num. 4.* tradit Berart. *dicto cap. 12. num. 11,* ibi, *Fiſci Aduocatus debet*

aſ-

assistere in Consilio ad effectum, quod si videt commoda Fiscalia occultari, vel lædi, vel etiam priuatas personas lædi, vel opprimi, vel iustitiam subuerti Votantibus * *expressè contradicet, & nè* 31
sub silentio pertranseat, dicendo nolo aliquid dicere, vel votare, quia vbi non contradixerit, in peccato Votantium inuolueretur, cum quo transit Reuerendissimus Scannarolus *dicto cap. 4. num.* 12. subdens tamen ex notatis à Gam. *dec.* 10. & Cabedo *dec.* 119. *part.* 2. *vtroquè in fine,* ac Mastrill. *dicto cap.8. num.*88. hoc ab illo explicandum esse * 32
sine contentione, modestè sè gerendo, dum vota contrà eius sententiam proferuntur.

33 Insuper constat * habere ius ferendi votum, dandiquè suffragium in singulis causis, quarum discussioni interuenit ratione sui officii, sicut probat Larræa *dicta alleg. 1. num. 19. ex l. proximè 3. ff. de his, quæ in testamento delentur*, quatenus ibi Calphurnius Longinus Aduocatus Fisci suum votum cum aliis proferendo in Auditorio Antonini Augusti dixit; Non potest illud testamentum valere, quod hæredem non habet, & *Auth. de Iudicibus §. vetus in fine* ibi, & *Consiliario vtentem laudabili, quatenus disponere, quæ ex legibus sunt, possit, idest Appione viro spectabili, & Fisci Aduocato*, traduntquè etiam Calicius *di-*

cto

cto num. 4. Petr. Greg. Tholoſ. *ſyntag. Iur. lib.* 1. *cap.* 7. *num.* 6. Solorzanus *de Iure Indiar. tom.* 2. *lib.* 4. *cap.* 6. *num.* 7. Berart. *dicto cap.* 12. *ſub num.* 12. Reuerendiſsimus Scannarolus *dicto cap.* 4. *num.* 12. *verſ. non modò vt ferat ſuum votum*; Quarè Præpoſ. *in can. accuſatorem* 2. *quæſt.* 8. *ſub num.* 9. dixit, quòd * Fi- 34
ſcalis non eſt pars, ſed quaſi Iudex, nam agit ea, quæ ſunt de officio agenda à Iudice, & quaſi vnum corpus cum eo conſtituit, adeò vt ex hoc Aduocati Fiſci appellentur Socii Iudicum, ac fratres ab Aym. *conſ.* 168. *num. final.* Alfaro *de officio Fiſcalis gloſ.* 34. §. 8. *num.* 225. Larræa *ſæpè citata alleg.* 1. *num.*

20. & Amaya *dicta l. final. cap. 3. num. 35. verſ. adhæretquè.*

35 Quamobrem * Aduocatus Fiſci Pontificij debet aſſiſtere, ſuumquè votum proferre, ſuffragium dando in Tribunali Cameræ, ac omnibus ſeſſionibus, & Congregationibus, in quibus agitur de intereſſe Fiſci, aut Sedis, & Cameræ Apoſtolicæ, dequè Regalibus D. Petri vt Reuerendiſſimus Scannarolus inquit *dicto cap.* 4. *num.* 12. ſubdens *num.* 14. in antiquis conſtitutionibus Tribunalis Cameræ ſancitum fuiſſe, quòd Aduocatus, & Procurator Fiſci, tàm in Camera Apoſtolica, quàm extrà, intereſſe ipſius Cameræ ſtudiosè curent, & cum

in

in ea, vel alibi de prædicto interesse sermonem haberi audierint, illud quantùm iustitia expostulauerit sine aliquo respectu teneantur defendere, etiamsi super hoc extrà Cameram aliqua causa, siue Iudicium ciuile, vel criminale intentatum fuerit, & quando fiet aliqua declaratio incursus pœnarum eidem Cameræ applicatarum, vel absolutio ab eisdem, de rebus per ipsum Aduocatum, & Procuratorem detur Cameræ Apostolicæ opportuna notitia, vt possit in omnibus prouidere; *&* *num.* 15. *cum seq.* caueri *in* §. 38. *Constitutionis* 58. *Pij IV.* quòd Fisci Aduocatus in omnibus causis criminalibus, & aliàs Fi-

ſcum tangentibus, vbi articuli iuris emerſerint, interueniat; & Procurator Fiſci ipſum ſuper hoc omninò requirere teneatur, & in eis abſquè vllo præmio patrocinetur: Poſſit tamen ab inſtigatoribus, propriam iniuriam vel intereſſe proſequentibus, ſi quid ſpontè dare voluerint, illud percipere; Idemquè repeti *in Conſtitutione 71. Pauli V. ſuper Reformatione Tribunalium titulo de Aduocatis Pauperum, & Fiſci verſ. Fiſci Aduocatus.*

Pariterquè *num. 18. cum binis ſequentibus* addit, in vtraquè ſuper Viſitatione Carcerum ſanciri, quòd * Aduocatus Fiſci in
36 omnibus viſitationibus Carcerum

rum adesse teneatur, nec reorum etiam extrà carcerem existentium defensionem assumat, sed pro veritate, & iustitia causam Fisci tueatur; quarè tàm *in* §. 38. *dictæ Constitutionis* 58. Pii IV. quàm *in vers. Gubernator vrbis*, & Alteriùs 71. *Pauli V. tit. de Carceribus, & Carceratis* iniungitur Gubernatori Vrbis, quòd *vnà cum Aduocato Fisci, 37
& aliis semel in mense per se ipsum visitet Carceres, tàm secretas, quàm publicas vltrà visitationem ordinariè fieri solitam semel in hebdomada.

Cumquè Imperator Constantinus statuerit *in l. 3. C. de Aduocatis Fisci desumpta ex l. 1. tit. 15. lib. 10. Cod. Theodos.* vt

Aduocatus Fiſci, pœnas me-
tuens caueat, nè Fiſcalia com-
moda occultet, neuè vllo nego-
tio exiſtente Fiſci nomine pri-
uatis audeat calumnias commo-
38 uere, Theodoricus Rex *, apud
Caſſiodorum *variar. lib. 1. Epi-
ſtola 22.* ſic eum allocutus fuit.
*Sume igitur Fiſci noſtri tuenda
negotia, in tuendis officij tui pri-
uilegijs prædeceſſorum exempla
ſecuturus. Ità ergò per medium
iuſtitiæ tramitem, medius incede,
vt nec calumnia innocentes gra-
ues, nec iuſtis petitionibus reten-
tatores exoneres; illa enim vera
lucra iudicamus; quæ integritate
ſuffragante percipimus; non ergò
quotiès ſuperes, ſed quemadmo-
dum vincas inquiramus, æquita-*

tem

tem nobis placiturus intende, non quæres de poteſtate noſtra, ſed potiùs de iure victorias; quantò laudabiliùs à parte Fiſci perditur, cum iuſtitia non habetur; nam ſi Dominus vincit, oppreſſionis inuidia eſt, æquitas verò creditur, ſi ſupplicem ſuperare contingat; non ergò paruo periculo cauſas dicimus, quando tunc fama noſtra proficit, cum ſe commoditas iniuſta ſubducit; Quapropter fiet interdum cauſa mala Fiſci, vt bonus Princeps eſſe videatur, maiori quippè compendio perdimus, quàm ſi nobis indebitè victoria ſuffragetur. Pius verò IV. *dicto* §.38. *in fine*, ac Paulus V. *dicto verſ. Fiſci Aduocatus* legem illi impoſuerunt, vt pro ve-

veritate, & Iustitia causam Fisci tueatur, ac propterea quamuis Bald. *in Rubr. C. de constit. pecun. num.* 14. tradiderit Fiscales non posse agnoscere bonam
39 fidem *, veriùs tamen est Aduocatum Fisci posse, ac debere bonam fidem agnoscere, quoties illi constat Ius Fisco non esse; cum non debeat subditos iniustè vexare, vt rectè firmat Larræa *dicta allegat. 1. num* 16. *cum pluribus sequentibus*.
40 Habet etiam * Aduocatus Fisci Pontificii facultatem deferendi per Vrbem, & vbiquè habitum coloris violacei cum ornamentis sericis purpureis, quo cæteri Camerales vtuntur, & amplissimum priuilegium immuni-

nitatis, & exemptionis ab omnibus vectigalibus, & oneribus instar Cardinalis Camerarii, & Clericorum Cameræ, & reliqua indulta Cameralibus concessa.

Aduocati verò Pauperum, *quem* Rebuffus *super Concordatis tit. de Electionis derogatione V. Aduocatum Regium sub verſ. tum etiam quia, non solum,* * in- 41
quit, *postulando pro pauperibus laborare in Vinea Domini, sed etiam gerere officium Dei, qui Iob. cap. 29. se Patrem pauperum appellauit.* Bobadilla *Politicorum lib. 3. cap. 13. num. 17.* testatur primum institutorem * fuisse 42
Traianum summæ pietatis Imperatorem dicendo. *Y el Em-*

pe-

rador Traiano fue el primero que los settaulo, y que assegnò vn dia en la semana, paraque se viessen sus causas, Verùm Grauat. *ad Vestrium in praxi lib.* 2. *cap.* 7. *num.* 4. ex Aristotele *de Republica Atheniensium* illius Institutum refert ad Athenienses, qui singulis annis consueuerant sorte constituere decem Aduocatos publicos, qui delatos criminis defenderent, cui adhæret Cohellius *De Notitia Cardinalatus cap.* 44. *vers. sic apud Athenienses*, Cumquè egenis prospicere, ac operam dare, vt pauperibus necessaria non desint suæ humanitatis proprium munus existimauerint Valentinianus, & Martianus Impp. *in l.*

pri-

priuilegia. 12. *verſ.& quia humanitatis C. de Sacroſ. Eccleſiis*, * 43
Patres quoquè Concilii Nicęni primi, celebrati ſub D. Silueſtro præſente Conſtantino Magno ſtatuerunt, quòd eligatur in omni Ciuitate aliquis ſæcularis, vel Religioſus, qui ſit diſertus, & patiens, quem manifeſtum ſit via recta, & orthodoxa incedere, * vt prouideat ijs, qui in 44
carcere ſunt, ſiquè inter eos reperiat merentem liberari, debeat illum adiuuare, vt liberetur è carcere, & ſi cui ad liberationem opus fuerit aliquo ſponſore, ſtudeat quærere qui pro illo ſpondeat; ſi verò reus grauis criminis non ſit dignus liberari, debeat ſaltim illum

adiu-

adiuuare, nè eidem desit victus, & vestitus, admonendo eligendum, ne differat subsidium, neque sit negligens in omni eo, quod ad causam illius expediendam pertineat, quòusquè iustè, ac vt meritus est iudicetur, vt latiùs exprimitur *cap.* 80. *inter Canones eiusdem Concilij ex Arabico in Latino versos à Francisco Turriano Conciliorum Bimij t.* 1. *pag.* 449. *col.* 1. vbi idem Turrianus subdit, *prædicta hodie Romæ fieri per Procuratorem, & Aduocatum pauperum, qui eisdem modis adiuuant detentos in carcere, disertiquè eliguntur, vt valeant eorum causas meliùs defendere.*

Vsquè propterea receptum est

est à Principibus Christianis, præcipuè verò à Summis Pontificibus dissertissimos viros in pauperum Aduocatos * ære publico constituere, vt illi acerrimos defensores gratis, publica tamen impensa sortiantur, secundùm *glos. in l. 1. §. ait Prætor V. non habebunt vers. sed quid ff. de postulando* Bald. *in l. vnica, n. 8. vers. & fortè, C. de suffragio,* Caccialup. *de Aduocato q. 3. n. 1. in fin. cum seq. tract. tom. 3. par. 1. fol. 360. à tergo.* Boer. *decis. 325. num. 1. circa medium, vers. sed si.* Simanc. *de Catholic. Instit. tit. 5. de Aduocatis, nu. 6.* Rebuff. *super Concordatis, tit. de Electionis derogatione V. Regium Aduocatum, sub vers. & hæc stipen-* 45

pendia, Couar. *Var. resol. lib.* 1. *cap.* 6. *n.* 4. Bobadil. *Politicorum lib.* 3. *cap.* 13. *dicto num.* 17. Maſtril. *de Magiſtratu lib.* 5. *cap.* 8. *num.* 117. Berart. *in Speculo Viſitat. cap.* 18. *num.* 4. *& infra.* Iacob. Gaff. *in deciſ. aureis Caſuum Conſcientiæ, lib.* 3. *cap.* 8. *num.* 5. Reuerendiſs. Scannarol. *de Viſitat. Carcerat. cap.* 3. *ſect.* 1. *nu.* 17. *cum ſeq.* alios referentem *nu.* 19. Cohellium *d. cap.* 44. *verſ. hoc igitur.*

46 Sicquè *tales Aduocati debent pauperibus, potiſſimè verò carceratis ſuum patrocinium gratis præſtare, nihil prorsùs ab eiſdem, vel alijs eorum nomine recipiendo etiam nomine ſalarij, ſeu mercedis, vt docent Bald.

in

in l. si furiosi 25. num. 6 C. De Nuptijs, & Berart. *dicto cap.* 18. *num.* 12. *&* 13. *vers. à quibus.*

Secundò.* Tenentur quotidiè carceres adire, seque ibi de intimis Carceratorum factis instruere, vt præuia instructione, meliùs eorum defensionem assumere, eidemquè vacare possint. Berart. *dicto cap.* 18. *num.* 13. *&* 15. 47

Tertiò.* Singulis hebdomadis in suis ædibus conuocare Procuratores, & alios incumbentes negotijs Carceratorum, vt causas inter se diuidant, diuisasquè conferant, discutiendo statum, & merita illarum, parandoquè necessaria ad congruam earundem prosecutionem, & expedi- 48

tionem. Berart. *dicto cap.* 18. *num.* 14.

49 Quartò.* Carcerum, & Carceratorum Visitationibus, tàm generalibus, quàm particularibus interesse prò illorum defensione, nec non publicis audientiis, vt pauperum petitionem ibidem proponant, & ad finem perducant, eosdemquè tueantur. Mastrill. *de Magistrat. lib.* 3. *cap.* 6. *ex num.* 7. *ac lib.* 5. *cap.* 8. *dicto num.* 117. *vers. interueniunt.*

50 Quintò.* Sollicitè ibidem deprecari, vt pauperum alimentis, necessitatibus, & aliis carcerum incommodis succurratur, obtinendo in hanc causam applicari aliquam condemnatio-

tionem, vel mulctam pecuniariam, vt tradunt Mastrillus *dicto lib. 3. cap. 6. num 21.* Berart. *dicto cap. 18. num. 16. cum seq:* & Cohellius *dicto cap. 44. vers. obtinere*, per textum: *in l. Iudices. 10. C. de Episcop. Audient.*

Sextò *. Curare, quòd supremis Iudicibus, siquè opus sit Principi denuncientur extorsiones, & grauamina, quæ per Commentarienses Carcerum Custodes, & alios ministros inferri solent pauperibus Carceratis, vt opportunè eis prouideant, ad tex. *in l. 1. ff. de Custod. Reor. l. final. C. De erogatione militaris annonæ lib. 12. can. charitatem in fin. 12. quæst. 2.* similesuè congestos per Mastrill. *di-*

Ɛto lib.3. cap. 6. num. 22. & Berart. *dicto cap 18. num. 18.*

52 Septimò. * enixè instare pro diligenti, ac breui expeditione causarum iuxtà monitum *l. de ijs 5. C. de Custodia Reor.* idquè fortiùs si crimina, prò quibus Rei detinentur, sint leuia *l. leuia 6. ff. de Accusat.* Berart. *dicto cap. 18. num. 19.*

53 Octauò.* Statim obtento decreto relaxationis è carceribus, vel quauis alia prouisione in eorum fauorem accępta, obtinere mandata, & vrgere pro executione, nè differatur, animaduertendo secundùm regulas iuris non posse retardari sub prætextu, quòd priùs soluant Commentariensi Carcerum Custodi,

&

& aliis miniſtris emolumenta, aliòquin eis debita, cum Pauperes ſint de iure immunes à tali ſolutione, ſicut ex traditis ab Auiles Prætorii *cap.* 7. *gloſ.* 1. Bobadilla *Politic. lib.* 3. *cap.* 14. *num.* 3. & Cerdano *de Carceribus cap.* 7. *num.* 15. *&* 22. In ſpecie notant Maſtrill. *dicto lib.* 3. *cap.* 6. *num.* 12. *verſ. curare debent cum duobus ſequentibus* Berart. *dicto cap.* 18. *num.* 20. *cum binis ſequentibus*, & Cohellius *dicto cap.* 44. *verſ. debent autem*, ſubdens, *quòd Romæ debent inuigilare, vt Commentarienſi ſui Carceris ſatisfiat ab Archiconfraternitate Charitatis iuxtà Conſtitutionem* 100. *Pij V. ibiquè notata per Cherub. Scholio*

primo, *vel ab alijs operibus pijs ad hoc deputatis in Vrbe*.

54 Nonò. * Petere terminum competentem ad migrandum prò pauperibus damnatis in exilium; vel relegationem; quem Scribentes *in l.* 1. *ff. de off. eius*, ac præ cæteris Purpur. *ibi num.* 516. *&* *seq.* docent esse vnius mensis, plùs minùsuè Iudicis arbitrio; quod in specie notant Mastrill. *dicto cap.* 6. *num.* 15. Berart. *dicto cap.* 18. *num.* 23. *&* 24. & Cohellius *dicto cap.*44. *vers. secundò procurare*, obseruando etiam hunc terminum à Iudice dandũ esse quia inuiti separantur à parentibus, propriisquè laribus.

55 Decimò *. Inuigilare, quòd de-

decreta prò Carceratis eodem die annotentur, ac describantur per Notarium in actis. Mastrill. *dicto cap. 6. num. 15. in fine*.

Vndecimò. * Obtinere à Principe mandatum, quòd stante impotentia præstandi cautionem, exequatur prouisio sub iniunctione &c. iuxtà notata per Farinac. *quæst. 33. n. 43. cum seq.* & Carol. de Grass. *de except. except. 32. n. 162.* Ità enim in Magna Curia Neapolitana seruari fatetur Mastrill. *dicto cap. 6, num. 16.* vel sub iuratoria cautione, vt addit Cohellius *dicto cap. 44. vers. in ciuilibus*. 56

Duodecimò. * Omni conatu vrgere sub festis Natiuitatis D. N. Iesu Christi, & Pa- 57

ſchatis, vt detenti in carceribus liberentur, practicando verba *l. 3. C. de Episcop. Audient.* ſcilicet, *Vbi primus dies paſchalis extiterit, nullum teneat carcer incluſum, omnium vincula diſſoluantur*, relata per Maſtrill. *dicto cap. 6. num.* 19. & Cohellium *dicto cap.* 44. *verſ. præcipue ſi dies.*

58 Decimotertiò.* Enixè ſtudere, vt pauperes carcerati pro debitis ciuilibus, quibus creditores non præſtant alimenta, excarcerentur. Tappia *prag.3. de Ceſſione bonorum num.3. verſ. ſolent tamen* Maſtrill. *dicto cap. 6. num.* 20. & Cohellius *dicto cap.* 44. *verſ. vt etiam pauperes*, qui teſtatur hoc in Vrbe ſancitum ſuiſ-

fuisse à Paulo V. *in eius Reformatione tit. de facultate Visitatorum Carcerum, sub versiculis, quarto, & quinto.*

Honores autem, & exemptiones, quibus de iure potiuntur Aduocati pauperum, recensentur à Borello *in summa decis. tit. 65: de Aduocat. offic. num* 21. Actio *De Infim. part. 2. vers. Aduocatus num.* 8. Nouario *De Priuileg. miserabil. person. cap.* 63. Fragoso *de Regimine Reipublicæ part. 1. lib. 5. disp. 13. num. 239. & 243. cum seq.* ac Reuerendissimo Scannarolo *dicto cap. 3. sect. 1. num.* 19.

Dequè Aduocati pauperum munere in Curia Romana peculiariter agunt Vestrius *in praxi*

xi lib. 2. *cap.* 7. Petr. Gregor. Tholosan. *Syntag. Iuris lib.* 49. *cap.* 7. *num.* 11 Cohellius *dicto cap.* 44. & Reuerendissimus Scannarolus *dicto cap.* 3. *sect.* 2. *per totam*, qui decem, & octo illius specialia *ibidem* recenset *ex num.* 14. *vsque ad* 33. Primò
59 scilicet *quòd sedet in Tribunali Cameræ, præcedendo cœteris paribus Aduocatum Fisci iuxtà notata per Seraph. *decis.* 716. *num.* 14 nàm si vnà cum Aduocatione Fiscali esset Referendarius vtriusquè Signaturæ, ideoquè Cameræ assisteret indutus Rochetto, & Cappa more Clericorum, tunc iste præcederet, immediatè sedendo post Præsidem Cameræ.
60 Secundò* quòd ibi-

ibidem tenetur solas Pauperum causas aduersus Fiscum tueri, nè careant defensore, quoniam illis exceptis eidem vetitum est *dicta Constitutione* 71. *Pauli V. tit. de Aduocato Pauperum, vers. non possit cuicumquè alteri patrocinari, qui contraxerit, vel litiget cum Camera*. Tertiò * quòd 61
in eodem Tribunali habet votum consultiuum, vt cœteri Camerales, in omnibus causis, tàm Cameralibus, quàm priuatorum. Quartò * quòd solet 62
etiam eius patrocinium vnà cum Aduocato Fisci adhiberi in grauioribus Causis Cameræ Apostolicæ, ciuilibus tamen, quia in criminalibus se nullo modo potest ingerere, nisi ad

eo-

63 eorum defenſionem. Quintò * licet inualuerit vſus quòd in iudicijs criminalibus poſſit accepto honorario defendere reos diuites, etiamſi ad pauperum patrocinium dumtaxat inſtitutus ſit, non tamen id poterit agere cum diuitibus, contra quos proceditur denegatis defenſionibus, vel quibus aſſignantur defenſiones in ſecretis carceribus, nequè eorum allocutio, & defenſio alij, quàm ipſi, ac eius procuratoribus permittitur; tunc enim iure officii publici eidem incumbit talis defenſio; imò nec poterit à diuitibus, quos defendit honorarium petere, ſed ſpontè oblatum dumtaxat accipere, quod

respectu pauperum nullatenus licet. Sextò * Officium ei con- 64
ceditur ad vitam. Septimò * 65
habet facultatem deferendi per Vrbem, & vbiquè habitum coloris violacei cum ornamentis sericis purpureis instar Aduocati Fisci, & aliorum Cameralium, vt plurimùm tamen eo non vtitur, induendo habitum priuatum nigri coloris, quem assiduè deferunt reliqui Aduocati Consistoriales, è quorum Collegio ipse est. Octauò * conse- 66
quitur etiam amplissimam exemptionem à gabellis, cœterisquè oneribus publicis, non minùs quàm ipsi Clerici Cameræ, Aduocatus Fisci, & alii Camerales. Nonò * illi etiam com- 67

pe-

petunt omnia dicta de Aduoca-
68 to Fisci. Decimò * *ex dicta Con-
stitutione 71. Pauli V. *titulo de*
sportulis vers. quæ decreta, nactus
est facultatem interponendi de-
creta voluntariæ Iurisdictionis
in contractibus minorum, &
mulierum, & in hoc concurrit
cum Iudicibus ordinariis Vrbis;
hæc tamen decreta sunt gratis
ab eo interponenda in causis,
& negotiis pauperum. Vn-
69 decimò * solet eidem à Vi-
sitatoribus Carcerum delegari
Iurisdictio in Causis carcerato-
rum, præsertim modicæ sum-
mæ, ac inter pauperes, & quo-
tiescunquè opus est, illius mini-
sterium adhiberi in concordan-
dis partibus, vel alias ob causas
ip-

ipſis benè viſas. Duodecimò * quamuis ſi Eccleſiaſticus e- 70
xiſtat, ac reum ſanguinis defendat, non fiat irregularis, ex relatis à Guazzin. *in præfat. tract. Defenſionis reorum num.* 24. & Diana *part.* 4. *tract.* 2. *reſol.* 5. Summus tamen Pontifex conſueuit ad cautelam in litteris conceſsionis officii dictæ Aduocationis apponere diſpenſationem ab irregularitate. Decimotertiò * Admittitur inter a- 71
lios Officiales Sedis Apoſtolicæ ad Audientiam Sanctiſsimi quoties opus fuerit. Decimoquartò * Aditus illi patet ad omnes 72
Congr. Criminales Tribunalium Vrbis, in eisquè admittitur ante omnes Curiales, & proximus

Gu-

Gubernatori, & A. C. in capite ſedet. In Congr. verò Em. Card. Vicarii poſt Prælatos ante generalem Procuratorem Fiſci, De-
73 cimoquintò * Nulla prorſus cauſa tractatur in dictis Congr. Criminalibus ipſo Aduocato inaudito, vel ſaltim pauperum procuratore, quem ſui loco miſerit.
74 Decimoſextò * ſi contingat aliqua cauſa grauis, in qua termini ſint abbreuiandi, celeriterquè deueniendum ad illius expeditionem in aliorum exemplum, Tribunalia de hoc illum certiorem faciunt, vt paret deducenda pro defenſione rei, eaquè in medium proferat, nec expeditur niſi illo priùs, etiam pluries, ſi opus
75 fuerit, audito. Decimoſeptimò *

quin

quin etiam Iudices ſolent poſt-
quam decreuerunt in pauperem
reum capitaliter animaduertere,
de decreto, ſeù ſententia per eos
deſuper ferendis ante prolationē
ipſum Aduocatum commone-
facere, vt ſi quid vltra iàm dedu-
cta illi ſuperueniat deducendum,
poſsit in mediū afferre, vel Reli-
gioſos viros præmonere, qui reū
cōdemnādum ad benè morien-
dum diſponant. Decimoctauò * 76
Pia loca Charitatis, & Pietatis Vr
bis illi, ac eius cōſilio plurimùm
deferunt, ideoq. etiam in Congr.
Generalibus, quæ ab eiſdē ſingu-
lis annis fieri ſolent, præſentem
habere geſtiūt vnà cum Aduo-
cato Fiſci, & aliis Viſitatoribus. *

Cauetur etiā à Pio IV. *d. Conſt.* 77

78.§.36.& Paulo V. *d.Const.71. de Aduoc. Pauperum,& Fisci in princ.* quòd Aduoc. pauperũ sollicitè studeat,nè carcerati in aliquo,tàm à Iudicibus, quàm etiã ab executoribus,& carcerum Custodibus grauentur, & propterea nõ desit vnquàm in Visitationibus carcerũ tàm publicis, quàm priuatis: & Procuratores pauperũ ac illorum substitutos,& etiã carcerum visitatorẽ singulis hebdomadis vnà vice ad se euocet,& de omnibus carceratis,pręsertim his,qui in secretis detinentur,diligẽter se informet,& si ipsos Procuratores,vel substitutos, & visitatorem negligentes inuenerit, Visitatoribus carcerũ denunciet, ac vt de illis prouideatur instet;

Et

Et cum ratione ſui officii gratis pauperes defēdere,& illis patrocinari debeat,nihil prorſus ab illis accipiat,& vt faciliùs ipſis pauperibus operam ſuam impēdere poſsit, viſitator carcerũ quolibet die poſt viſitationem carceratorum ad ipſum accedere teneatur. Et quoad ipſum Aduocatum ità ſubditur *in Paulina*, Non poſſit Aduocatus præfatus contra reos ad offenſam etiamſi cauſa extrà carceres agatur patrocinādo, aut aliàs quomodolibet ſub quouis prætextu interuenire, nec exceptis pauperibus prò vllo alio,qui contraxerit, aut litiget cùm Camera patrocinetur; Quo verò ad ſubſeruientes in eàdem curà *ſeq. tit. de Pauper. Procurat.* dicitur,

Procuratores Paup.& ipsorũ substituti singulo quoq.die carceres visitare,& nomina omnium,qui ad illos ducũtur,ac Iudicum, de quorum mandato,ac etiam causas eorum detentionis, & diem, cũ in liberiori carcere,seu ad largam ponũtur,& an antè,vel post prandium,siue cęnam,annotare teneantur, & similiter pecunias, ac alias quascunq.res, quas inuenerint repertas fuisse penès ipsos carceratos, & deinde omnia ad notitiam d. Aduocati pauperum deducãtur,ad quem, etiam quòd ab ipso minimè requisiti fuerint, semel in hebdomada,& interim toties quoties carceratis opus erit accedant, quod etiam priùs concisiùs expresserat Pius IV.

sub fine dicti §. 36.

Agnoſcens quoquè Paulus V. grauitatẽ oneris inducti Pauperũ Aduocato, ſtuduit illi Adiutorem dare ex Colleg. Procuratorũ Sac. Pal. Apoſt. diſponẽdo *d. Cõſt. 71. tit. De Aduocatis, Procuratoribus, & ſollicit.* quòd vnum Procuratorem idoneum cum cõpetenti ſalario, qui patrociniũ pauperibus gratis præſtet, ſingulis annis deputent Procuratores in eorum Collegio, & factã deputationẽ denũcient Aduocato pauperũ, qui eius opera vti, & pauperes ad eum, cũ occurrerit, mittere poſſit. Verùm quia d. Collegiũ renuit hoc onus ſubire, ſuppetentibus præſertim tribus, quo ad carceratos, nempè Pauperum

procuratore, quem Cam. Apost. deputat cum certo salario, & alio quem Archiconfr. Charitatis Vrbis in idem eligit, & quoad viduas solito ab eadem Archicōfr. pro illarum causis defendendis annua mercede cōduci, quorum opera Aduocatus vti poterat, quoties opus fuisset, tàm pia dispositio nō fuit vsu recepta teste Reuerendiss. Scannarolo *d. cap. 3. sect. 1. sub num. 39.*

Itidem ad consulendum pauperum inopiæ *d. Const.* iussit Paulus V *tit. de Registris, extractibus,*
78 *& exēplis,* *quòd pauperibus dentur gratis extractus, registra, instrumenta etiam publica, copiæ, & aliæ quæcunq. expeditiones, & scripturæ, tàm ciuiles, quàm crimi-

minales, & ostendantur etiã originalia Pauper. Aduocato, & Procuratori similiter gratis, & absq; vlla impensa, & si quando contigerit probandam esse paupertatem, *testes similiter gratis, & sũmariè examinẽtur, & de paupertate stetur arbitrio Iudicis. Voluitq. *tit. De Carceribus, & Carceratis,* quòd * capsæ omnes eleemosinarum, quę fiunt carceratis, clausæ teneantur, & claues sint penès Pauperum Aduocatũ, qui suo arbitrio eas aperiat, & eleemosinas in eis repertas distribuat inter carceratos, qui facultatem se alendi, & alimenta aliunde nõ habent; sed Reuerendiss. Scann. *d. cap. 3. sec. 2. n. 3 4.* ait huiusmodi curam hodiè non residere penès

79

80

Aduocatum,cum pro Carceratis
eleemoſinæ quærantur per Vr-
bem à duobus deputatis ad hoc,
altero ab Archiconfr. Charitatis,
81 altero Pietatis,* quorũ Officiales
capſas aperiunt, & pecunias in
eis repertas diſtribuunt vt ſuprà,
82 Capſulæ verò * appenſæ cratibus
ferreis carcerum, aperiuntur ab
illorũ domus Magiſtro, & ſi qua
controuerſia fortè in hac rè in-
tercedat, Procurator Charitatis
ſe interponit, ac prouidet.

Et in fine *eiuſdem Conſt. ſub tit. Pœnæ Conſt.* mandauit omnibus
Iudicibus, & Magiſtratibus, ac
præcipuè Card. Camerario, Vi-
ceCamerario, & Gubernatori
Vrbis,A.G.ac Pręſidi Carcerum,
pro tempore exiſtentibus,& eo-

rum

rum singulis, vt ad instantiam Aduocati Pauperum faciant cũ effectu obseruari omnia, & singula in ea contenta, & inobedientes coërceant, & cõpescant. Quarè moribus inductum fuit, vt super obseruatione d. Reformationis Paulinæ fiat specialis Congr. in ædibus Gubernatoris Vrbis cũ assistentia A. C. Clerici Carcerum Præsidis, locumtenentium Card Camerarii, & Vicarii Vrbis, Prælatorum, quos ad Pauperũ leuamen deputant dd. Archiconfr. Charitatis, & Pietatis, in qua * interueniunt etiam 83
Aduocati Pauperum, & Fisci, habentes votum decisiuũ teste Reuerendiss Scãn. *d.c.3.sec.2.n.35.*

Neq. ex relatis in numerũ Sancto-

ctorum desunt, qui prædd. Ad-
uocationũ munus obierint. Nàm
Paulinus Præsb. in vita D. Ambr.
apud Surium die 4. Apr. *pag.* 52.
84 *n.* 3. de illo ait *sed * post quam e-
doctus est liberalibus disciplinis
Vrbe egressus est: professusq. in Au-
ditorio Præf. Pratorij ità splendi-
dè causas perorabat, vt eligeretur
à Viro Ill. Probo tunc Præf. Præt.
ad consilium tribuẽdum;* vndè li-
quet fuisse è numero centũquin-
quaginta Aduocat. d. Præf. quo-
rum bini seniores Fisci patrona-
tum obtinebant, vt suprà, eumq.
in eiusmodi foro vndecim annos
causas egisse tradunt Chass. *in Ca-
th. glor. mund. p.* 7. *cons.* 29. *in fin.*
Lud. Gom. *in orat. impressa post re-
pet. c. si pater De Testam. n.* 17. Ma-

tien. *in Dial. Relatorum p.1.c.7. n.3*.Ceual. *Comm.contra comm. q.* 736.*n.*11. Marta *de Iurisdict. p. 4.casu.*115.*n.*2. *vers. D.Ambros.* Barbos.*De off.Episc.p.3.alleg.79. n.* 19. Iacob Benius *de Priuileg. Iurisconf.priu.*71.*n.*7. Fontanel. *De Pact.nupt.tom.*1.*claus.*3.*glos.* 1.*n.*20.*vers.de D.Ambros.*& Reuerendiss. Scann. *d.c.3.sec.2.n.* 43. Idem * quoq. de Germano, 85
ac Lipardo fratribus D. Leonardi Magni,qui ambo post eorum mortem fuerunt gloriosè in numerum Sanctorum relati testatur Gomes. *d. n.* 17. quos etiam publicæ Aduocationis munere functos fuisse refert Ben. *sub d. n.*7.eisquè adhærent Marta, *sub præcitato n.* 2. Barbos. *n.* 20. &

Fon-

Fontan. *d.n* 20. *verſ.de Germa-*
86 *no*, Ac * de Iuone, ſiue Iphone Britãno, quem Clemens VI. poſtulante Philippo Pulchro Galliarum Rege Sanctorũ albo adſcripſit die 16, Iun. 1347. teſtes ſunt Chaſſan. Gomeſ. Matien. Barboſ. & Ben. *in locis præcit.* rectèque dixit Fontan. *d.n.* 20. *verſ. De D.Iuone*, neminem dubitare, quin fuerit Iureconſultus, & Aduocationis officium pro miſerabilibus perſonis sũmà cum pietate exercuerit. Nàm Sur. *in eius vita* die 19. Maii *n.2.* ſic aſſerit, *Pupillos, & Orphanos egregiè tuebatur, & eorum cauſa diuerſis in locis adibat Iudicia, Patronum ſe illis exhibens, neque id tamen ſpè alicuius muneris, aut præmij, ſed*

pie-

pietate, & iustitia permotus; Imò verò suis impēdijs illorum causas defendebat apud Iudices, vt posset à Domino audire, quod vni ex minimis meis fecisti mihi fecisti, indèq; factum est, vt in illa Regione meritò appellatus sit Aduoc. pauper. quæ verba ad amussim repetit Fr. Henric. Sedulius Minorita *in hist. vita eiusdē edita Antuerp. an.* 1613. *c.* 6. *vers. pupillos.* & Cherub. *in Comp. Bull. Sch.* 1. *ad Const.* 4. *Clementis VI.* ac Reuerendiss. Scann. *d. c.* 3. *sec.* 2. *n.* 43. ex illis probarũt, quòd iure merito adeptus est Iuo nomen Aduoc. Pauper. Itidem Noremannus Sheydel historicus Heriburgensis, & Theatrum vitæ humanæ *vol.* 4. *l.* 2. *tit. veri Causidici pag.* 1123.

col.

col. 2, inquiunt, *Iuo natione Brito eruditissimus I.C. præter doctrinã, & singularem eloquentiam, quibus egregiè insignitus erat, mira etiam pietate, & misericordia in pauperes vsus celeberrimus habitus &c. Patrimoniũ amplum cum haberet spem in Deo collocans, pauperũ & orphanorum, ac viduarum causam pro virili semper tueri voluit. Hic igitur Almificus Iuo Aduocatorũ omnium lucerna cõdignam laboris sui mercedem à Domino percepit &c.* deq; eodem Io. Meyer. *li.* 12. *Ann. rer. Fland. ad an. D.* 1342. *sub fin.* appositè scripsit, *erat enim magnus I.C. Aduocatus, & pater*
87 *pauperum.* Quarè* Collegiũ Aduocatorum Consist. eundem in Patronũ elegit, & singulis annis die

die 19. Maii ſacris ſolemniter celebratis in eius templo aſſiſtit vnà cũ S.R.E.Cardinalium cætu, ac Collegio Auditorum Rotæ, vt Cherub. *teſtatur d. ſcholio* 1. *verſ. hinc etiam eſt*, Quibus Fontanella *d. n.* 20. *verſ. de Diuo noſtro* & Reuerendiſs. Scannarolus *d. n.* 43. *verſ. vti etiam*, addunt Diuum Raymundum à Pennafort Barchinonenſem Ordinis Prædicatorum compilatorem Decretalium editarum à Gregorio IX. & Sanctorum Cathalogo adſcriptum per Clementem VIII. vt legitur *in eius Conſtitutione* 77. qui non ſolùm teſtatur §. 6. adeptà Doctoris laureà Bononiæ Sacros Canones publicè magna cum hominum

ad-

admiratione absquè vllo stipendio interpretatum fuisse, sed addit §. 21. à Gregorio IX. ob eam, quà in egenos charitate æstuabat, appellatum fuisse patrem pauperum; Atquè ideò Fontanella sequenti *num.* 21. inquit, *illum in patronum assumpsisse, tàm Iurium Professores Barchinonenses, quàm Aduocatos Toletanos, qui singulis annis eius diem festum solemniter celebrare consueuerunt.*



LAVS DEO.

